piscina probatica iacebat et aque motum expectabat / Cui dixit xpus Ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat / sed contra glo[ssa] in eodem dicit / quod peccatum non sanatur nisi peccato dimisso · et iste non penituerat · igitur non sanari meruerat / Confirmatur / quia furiosus cum furia accepit eum in peccato exitem numquam sanabitur / Sed contra Dan[ielis] iiii · de nabuchodonosor qui ad preces danielis sanatus fuit et rediit ad sensum suum · Respondeo quia ille nabuchodonosor habebat lucida intervalla quibus potuit penitere / Unde dicitur ibidem ego nabuchodonosor elevavi oculos meos ad celum et redditus est michi sensus / Unde potuit esse quod iste cum fidem domini infunderat etiam in corde penitebat / vel forte ad preces illorum qui eum portabant deus contulit sibi graciam penitendi · Et sic possunt doctores concordari ut patet clare · Unde dicitur Cum vidisset ihesus fidem illorum dixit fili dimittuntur tibi peccata tua / Beda hic clamat O mira humilitas · despectum et debilem totis quod membrorum compagibus dissolutum filium vocat quem sacerdotes non dignabantur tangere / quia recte filium vocat quia ei dimittuntur peccata / Beda facit hic magnam digressionem · dicens quod quinque de causis affliguntur homines molestiis / aut propter merita augenda · ut iob et martires / aut propter humilitatem conservandam · ut paulus et sancti patres / aut ad peccata intelligenda et corrigenda ut maria soror moysi · et paliticus iste / qui nisi dimissis peccatis potuit curari / aut ad gloriam dei · sicut de ceco nato · quia non peccaverat neque parentes eius · et de lazaro mortuo et resuscitato / aut ad inchoacionem pene eterne ut in herode et antyocho de quibus congruit illud prophete · Duplici contricione contere eos · / Et concludit quod necesse in omnibus que temporaliter adversa patimur cum humilitate domino gratias agamus · et infirmitates nostre conscii de collatis nobis remediis gratulemur · Sequitur

Erat autem ibi de scribis sedentes et cogitantes in cordibus suis Quid hic sic loquitur blasphemat Quis potest dimittere peccata nisi solus deus Beda in omelia · Quasi dicat Quis potest dimittere peccata · nisi solus deus Qui et per eos dimittit quibus dimittendi tribuit potestatem

Po[st] phizon 4 et sebarzo · [illegible]
2a Marinam [illegible] confutatur · Deinde statim sequitur ·

Joh 5.

Unde et aliter [illegible] [illegible] ... Parisiensis [illegible] [illegible] portitoribus · Unde [illegible] [illegible]

et [illegible] glo[ssa] [illegible] [illegible] [illegible]
Iob probat
meliorat paulus
sese maria
Tyrannus
[illegible] maria
punit herodes

Vide sermones [illegible] in Registro · [illegible] 189 · Creatori nostro et [illegible] ad [illegible] [illegible] · [illegible] de eius misericordia [illegible] · [illegible] tollentis [illegible] [illegible] [illegible] patiens [illegible]

Et ideo vere deus esse probatur. Errant tamen iudei qui cum xpm et deum esse et peccata dimittere posse credant Ihm tamen esse xpm non credunt. Et ideo dicunt blasphemat. Ubi Cirillus in glo super glo. arguunt autem blasphemie mortis precipitantes sententiam. Erat enim in lege mandatum ut quicumque blasphemaret in deum morte puniretur. Hoc autem ei imponebant quia quasi sibi tribuebat potestatem dimittendi peccata. Unde dicebant Quis potest dimittere etc. Unde dicendum quod quatuor modis blasphematur deus videlicet eius bonitatem infamando, scripturam derelinquendo (?), divinitatem denegando, potestatem sibi attribuendo.

// divina

Blasphemia

1\. Bonitatem infamando

Primo modo blasphemabant iudei xpm quia se bonum et iustum dicebat. Ioh. x. Unde dicunt De bono lapidamus te sed de blasphemia. Et xpus respondebat Vos dicitis quod blasphemo quia dixi filius dei sum. Secundo inferunt contra deum blasphemiam qui sanctum nomen eius iurant et periurant. Etiam qui deo turpiter iurant et deierant et blasphemiam deo imponunt, sicut qui iurant turpe iuramentum prohibitum et faciunt iuramenta detestabilia. De quibus dicit Aug. super 1o cap. xxvio blasphemavit. quod non minus peccant qui xpm blasphemant regnantem in celis quam qui eum crucifixerunt ambulantem in terris. De istis dicitur in epla Iude Hii sunt qui carnem maculant, dominatorem spernunt, maiestatem blasphemant. Et tales turpiter iuratores peccant gravissime. Unde Greg. in dial. c. xvii narrat de quodam puero qui erat ita assuetus turpiter iurare deum blasphemare et deum negare. Qua propter turpi morte in sinu patris punitus fuit in signum condempnacionis. Isti comparantur bestie de qua Apo. xiii dicitur quod datum est ei os et lingwa ad blasphemandum et aperuit os suum ad blasphemandum nomen domini. Tercio blasphemant aliqui deum eius divinitatem denegando, sicut iudei qui credebant xpm purum hominem et non deum, sicut etiam nestoriani heretici et modo illi de lege machometica. Et de talibus dicitur Ysa. 1. Dereliquerunt deum scilicet israel blasphemaverunt. Et eodem v. c. Eloquium dei id est verbum dei eternum blasphemaverunt. Quarto blasphemant aliqui deum eius potestatem sibi ipsis attribuendo, sicut fecit Symon magus qui dicebat se deum et posse facere quicquid volebat et multi alii. Et isto modo exponebant in textu hic

// ope

Scripturam derelinquendo

Divinitatem denegando

Potestatem dei sibi attribuendo.

scribe q ihus blasphemus erat blasphemus dicitur detractor
maledictus et vituperator Et ideo quia dixerat se posse
dimittere pecca ideo dei potestatem sibi attribuebat Et ideo dice
bant blasphemat quis potest dimittere peccata nisi solus
deus. Dicit Beda Judei errabant in p x quem h posse facere
non credebant Sed peius errant arriani qui cum ihm
et xpm esse et pecca posse dimittere euangelii libris deuic
ti negare non audent melius deum non timent Et
concludit At ille perfidos saluare desiderans et occultorum
cognitione et virtute operum deum se esse manifestat Nam
seq. Cum cognouisset ihs spiritu sancto quia sic cogitarent
inter se dixit illis Quid cogitatis mala in cordibus vestris
In h ondit se deum qui potest occulta cognoscere et q
dammodo tacens loqui q. d. eadem manifestate maiestate et
potentia qua cogitaciones vestras intueor possum et hominibus
peccata dimittere Theophilus in expositione sua dicit quod xpus
subtiliter arguebat eos non intelligerent quod curacionem
anime ostendebat per curacionem corporis vt per illud quod est
facile ondere difficilius Tercia per h quod cogitaciones intelli
gebat eorum scilicet enim posse peccata dimittere quia in
lege eorum scriptum est quod solus deus intuetur cor
et quod ipse deus sit intelligit cogitaciones cordis et difficilius
est cognoscere cogitaciones cordium quam posse dimittere
reatus aliquorum quia vnum pertinet ad dei scienciam aliud
ad dei potenciam Et ideo subiunxit Quid est facilius
dicere paralitico dimittuntur tibi peccata tua aut dicere
tolle grabatum tuum et ambula

Et hic notandum quod h quod peccatum multorum peccatorum inquinat
multis modis dicitur dimitti aut remitti tolli quo
ad penam quia obligat grauiter mundari quo ad
maculam quia inquinat viliter Cooperiri quo ad
infamiam quia infamat turpiter Deleri quo ad notam
quia manet in anima fortiter Redimi quo ad seruitutem
quia vilificat mirabiliter Oblivisci quo ad offensam quia
iram mouet crudeliter Solui quo ad impotenciam quia
ligat mirabiliter Dimitti quo ad culpam quia facit
facit culpabilem Primo dicitur tolli &c Joh i Ecce

Tolli

qui tollit peccata mundi / et Job vii. clamabat Cur non tollis pecm̄ meum zc̄ quia sm̄ veritatem peccata nostra ipse portauit qn̄ mortuus fuit p̄ pe iiᵒ. Secundo dicitur

Mundari

mundari zc̄ ideo petebat ps Ab occultis meis munda me domine. Tercio dicitur cooperiri zc̄ ps Beati quorum remisse

Cooperiri

sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Et istud fit per caritatem quia caritas operit multitudinem peccatorum p̄ pe iiii. Et in ps. Operuisti omnia peccata eorum. Quarto

Deleri

dicitur deleri et hoc per penitenciam Ac̄c̄ iii. penitemini ut deleantur peccata vestra. Quinto dicitur redimi et hoc per

Redimi

elemosinam Dan. iiii. elemosinis peccata redime. Verum est quod xpus redemit nos sanguine suo Apo primo. Sexto dicitur

Oblivisci

obliuisci zc̄. et hoc fit qn̄ deus est placatus non recordatur amplius de illis peccatis / Eze. xviii. omnibus iniquitatibus quas operatus est non recordabor. Septimo

Solui

dicitur solui zc̄. in Zach. xi. sca gᵒ et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur. Octauo

Dimitti

dicitur dimitti zc̄ sicut hic in lra dicitur Dimittuntur tibi peccata tua / z id luc. v. Quia si iste paliticus peccauerat et ligatus spūli erat per culpam / Et etiam ligatus in corpore per corporis impotenciam / et xpus soluit eum quo ad vtrumque. Pro dixit ei Dimittuntur tibi peccata tua Beda dicit Verum palitico fuit peccata interiora dimissa. i. solus nouerat qui dimittebat. Set quod dicit Surge et ambula

Tam ille

qui sanatus fuerat qm̄ hii qui surgentem viderant approbare poterant. ad probandum igitur per carnale signum spūale / dixit iudeis Ut sciatis quia potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata. ait palitico Tibi dico surge et tolle grabatum tuum et vade in domum tuam. Crisostomus hic dicit quod in hoc quod dixit. Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem zc̄. signat quod erat deus et homo / Quia et si indiuisibili vnione factus est homo. verbum dei permansit et si per dispensacionem in terris inter homines conuersaretur. non tamen prohibebatur miracula perpetrare ac remissionem tribuere peccatorum / non enim humanitas de proprietatibus diuinitatis diminuit. Et ideo ad ostendendum quod fecerat miraculum ostendit quod sanus est palaticus qn̄ dicitur. Surge

filius hominis

tolle grabatum tuum etc. In hoc quod dicit surge ostendit quod factus est sanus. Per hoc quod dicit tolle etc. ostendit quod vires corporis cum sanitate ei reddiderat. Sciendum est hic quod grabatum proprie est lectus pauperum ubi aliquid capiti substratum est id est submissum. Et dicitur a graba quod est caput unde versus Disce graba signare caput venit inde grabatum Quod soleas in eo corpus reclinare granatum. Et est nomen grecum sicut dicit Ysidorus ethimologiarum xx. Est etiam notandum quod in hoc quod dixit Tolle grabatum etc. ad maiorem emulacionem Iudeos provocavit. Quia sabbatum erat ei tollere grabatum aut portare non licebat quia esset solvere feriam sabbati. Et tamen hoc ei facere precipiebat. Et sic eorum invidiam contra se provocabat.

Tercium ad propositum moralem est sciendum quod curacio istius paralitici curacionem anime communiter designat. Nam sicut dicit Glossa hic in 9no paralisis typus est corporis quo piger iacet in mollicie carnis quasi impotens surgere. Et Beda etiam hic in 9no dicit spiritaliter de grabato surgere est animam se a carnalibus desideriis ubi egra iacebat abstrahere. Unde hic notandum quod ordo resurgendi ad graciam et ad statum salutis fit iste modo quia oportet quod peccator primo surgat quia ut dicit sancti peccatum est infirmitas ad mortem si sit mortale. Sub quo animus peccatoris iacet quasi paraliticus et male torquetur. Nec per se potest surgere a peccato mortali quia est error pelagii et Iuliani heretici. Nam sicut dicit magister in libro de compendio sapiencie capitulo primo quando homo peccat leviter sive venialiter assimilatur ei qui cadit super planum a quo de facili potest resurgere. Qui autem peccat graviter assimilatur ei qui cadit inter abrupta a quibus non potest surgere per se sine adiutorio. Et ita in proposito quia cadens in peccato mortali non potest per se surgere sine gratia dei adiuvante quia non est volentis neque currentis sed miserantis dei sicut dicit Apostolus. Et ideo quando venit ad noticiam sui et ipse penitet de commissis deus dat sibi graciam ut possit surgere sicut in figura Ezechielis xxxvii legitur quod spiritus dei flavit supra mortuos et surrexerunt et steterunt super pedes suos. Et consimiliter fit in peccatore qui erectus a peccato

---

Marginal notes:

Nota quod paraliticus prius portabatur a quatuor ideo hic dicitur sibi Surge qui iacuit in lecto. Secundo dicitur Tolle grabatum tuum quia ille paraliticus fuit per se ambulans ideo hic dicitur vade domum tuam. Et alii ... ut aperte ... civitatibus? ...

Grabatum

Nota versus

Pro grabatum grabatum pro lecto pone grabatum

Moralitas

Surgat

scilicet per se

Nota ut deducit Thomas in prima secunde ... 3 ... 1 ...

Pro(pter)eo ap(osto)l(u)s ad Eph(esios) v. no(m)i(n)at(er) dicebat Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te xp(istu)s. Et tunc tollit grabatum suum .i. p(ri)stinam conu(er)sac(i)o(ne)m et vitam veterem dimittit in quo iacuerat et languerat. Ita bene dimiserat lectum suum a(n)i(m)a sancta que dicebat Cant(icorum) iii. In lectulo q(ue)sivi quem diligit (etc). et sequi(tur). Surgam et circuibo civitatem querам quem diligit a(n)i(m)a mea. istud grabatum deliciarum et voluptatum est dimittendum et tollendum de quo Amos iii. dicitur q(uod) filii Isr(ae)l eruentur qui habitat in fine Samarie in lectulis et damasti grabato. Et consimilit(er) Act(uum) ix cum sanasset Petrus paraliticum iacentem in grabato per viii annos dixit ei Enea sanat te dominus Ihesus xp(istu)s surge et sterne tibi (etc). Et tali homini sic sanato bene dicitur Vade in domum tuam. Ad evidenciam istius est sciendum q(uod) homo h(ab)et quatuor domus sc(ilicet) consciencie p(ro)prie / militantis ecclesie / terrene sepulture / celestis patrie / Et tanta est inter istas differencia / quia prima domus est curialit(er) visitanda / Secunda fidelis frequentanda / Tercia memorit(er) recolenda / Quarta cordialiter recolenda. Nota de domo corporis substancie q(uod) s(ecundu)m Tullium in de senectute in fine non datur nobis p(ro) domo s(ed) pro hospicio quia s(ecundu)m Ap(osto)l(u)m ii. Cor. v. cotidie corrumpitur. Un(de) Job iiii qui habitant domos luteas (etc). Et ideo domus ista est regenda per domum interiorem consciencie et ideo p(ro)prie non dicitur domus s(ed) hospicium. Prima domus que est consciencie p(ro)p(ri)e est diligenter visitanda. ista est domus interior n(ost)ra que debet s(er)vari munda et diligenter observari de qua p(salmi)s dicitur Domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum. Et ideo i. ad Thi(m). iii d(icitu)r qui domui sue preesse nescit quomodo ecclesie diligenciam hebit. Pro(pter)eo b(e)n(e) visio Appollinis fuit data petenti quomodo posset fieri b(eatu)s ut recitat Helmandus in suis cronicis li(bro) viii. sic nothis esithos (etc) .i. cognosce te ipsum. Et iterum ut dicit Job v visitans faciem suam non peccabis .i. consciam. Et ideo si bene visitetur ut ab immundicie expurgetur tunc fit domus dei ad habitandum sp(irit)ualit(er). Sicut dicit Ap(osto)l(u)s ad Heb. iii. filius in domo sua est que domus sumus nos. Et tunc homo in sua domo residet q(uan)do ad eam visitanda(m) solicite recurrit. Un(de) Senec(a) li. in de

tollat

Bern(ardus) d(icit) ... Hoc fuit ille qui ... peccator(um) ... est in sua custodia et vigilat ut ... plaga ... lectuli et oportet in

desiderium da

Consciencie

Ita ante finem vite narrat quod sixtus philosophus omni die anteque
dormiret scilicet ante nocturnam quietem interrogabit animum
suum quare malum suum sanasti quia parte melior esses Et in de se
ibi concludit seneca dicens quod In nocte totum diem meum iam
scrutor · facta mea et dicta remetior · nichil michi ipsi abs
condi · nichil quero et si quicquam ex erroribus meis timeam
tamen possum dicere vide ne amplius idem facias Et ita breviter
concludit Beda in quarto hic dicens sanus qui languerat do
mum reportat grabatum cum animam remissione accepta peccatorum
ad internam sui custodiam cum ipso se corpore refert Et nequaquam
post veniam unde iterum iuste feriatur admittat Secunda
domus est militantis ecclesie de qua dicit saluator Mathei xxi
Domus mea domus orationis vocabitur · Ista est frequentanda
ad veniam procurandam ad misericordiam consequendam ad graciam
promerendam ad gloriam optinendam / ipsa est domus refugii
solacii · auxilii · et gaudii Unde psalmista Introibo in domum tuam
adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo
Tercia domus est terrene sepulture de qua psalmista Et sepulcra
domus illorum in eternum Ista est meditanda et recolenda
/ quia scriptum est ecclesiastici vii memorare novissima tua et
in eternum non peccabis / quia homo multum debet timere ne
ibi vadat miserus miser / et hominibus petis / quia sicut
dicitur Job xxiiii · mali perfodiunt in tenebris domos suas
Et ibi · quia in grabato mollius dormit qui hic per penam
durius iacuit · Unde Job dicebat xvii Infernus domus
mea est et in tenebris straui lectulum meum Quarta domus
est celestis patrie de qua saluator dicit Joh xiiii In
domo patris mei mansiones multe sunt / Et est cordialiter
desideranda et querenda ut heredes fieri possimus in
domo illius beatitudinis / quia scribitur in psalmo Beati qui
habitant in domo tua domine in secula seculorum lauda
bunt te Sic igitur moraliter loquendo quilibet a deo curatus
et sanatus grabatum vite preterite debet dimittere et tollere
et ad domum consciencie et ecclesie redire / ut in domo domini be
atifice possit requiescere / sicut iste paraliticus secundum litteram fecit
/ quia iam fuit curatus ad preceptum domini sicut dicitur
in leuasti statim surrexit et sublato grabato abiit coram omnibus

2 Militantis ecclesie
3 Terrene sepulture
4 Celestis patrie

Ita ut mirarentur omnes / et honorificarent deum dicentes
quia numquam sic vidimus. Glo. dicit quod mirabantur i. stupe
bant sed non credebant / quia ut dicit Ambrosius maluerunt
timere quam credere. Sed quod dicitur hic / quod honorificabant
deum ergo credebant. Solutio non credebant auctorem facientes
quia non credebant ipsum esse deum / tamen credebant factum
et sic honorificabant deum racione facti venerandi facientes.

Et egressus est rursus ad mare. Hic ponitur secunda emu
latio iudeorum in christi vocatione . s. ad stagnum genesareth
quod vocatur etiam mare tiberiadis. Quia ut dicit Beda
ut non solum vitam civilem hominum in viam veritatis osten
deret verum etiam habitatoribus maris eternum regnum predi
caret eos quod fluctuum ac vento labencium motus contempnere
et dei firmitate superare doceret. Et omnis turba veniebat
ad eum et docebat eos / sicut dicit Thomas hic quia cum plus
solitarie vellet esse turba concurrit iterum ut addiscat quod
confugit gloriam tanto plus eum qui sequitur / econverso volente
gloriam consequi . s. mundialem vel vanam tanto fugit eam
gloriam . s. bona. Et cum preteriret vidit levim alphei seden
tem ad theloneum et ait sequere me. Glo. dicit quod no
tanter dicit vidit non solum visione corporis ad extra sed
visione spirituali ad intra. Ut non solum ad apostolatum vo
caret sed etiam a morbo cupiditatis thelonei vocaret. Quia
sicut Ambrosius super ps cxviii plerique iusti aspectus admonitio
correctionis est sicut Luc. xxii dicitur quod conversus dominus
respexit petrum et iste statim memanus flevit amare. Quia et
si generaliter respiciat super filios hominum et est ut dicitur in
ps. tamen specialiter quando respicit aliquos ad cordium monitorum et eme
dacionem. In ps. Respice domine et miserere mei / Sicut de
quadam ave que vocatur caladrius dicitur quod si ponatur
ante faciem infirmi et ipsum ex directo respiciat signum est
sanitatis. Et sic intus et extra xpus vidit levim alphei
sicut dicit Criso. super Mt. ix. Matheus binomius fuit et
fuit vocatus levi et fuit vocatus matheus / sicut socer moysi
modo Jethro modo Raguel nominatur / Et fuit filius Alphei. Et
sicut dicit hic Beda lucas et marcus propter verecundiam et honorem
euangeliste nomen ponere noluerunt vulgatum / ipse autem matheus
iuxta id quod scriptum est Iustus prior accusator est sui in principio

(margin) Glo. per miraculum paliter in Capharnaum ad mare egreditur ... quia non solum civibus sed et maris habitatoribus ... fluctibus ... motus ... docet. Ubi Mattheus ... credidit ... publicanus apostolus ... peccatores per penitentiam conversos ... quem ... cupiditatis ... ad ... celestem ... trahit.

sermonis et matheum et publicanum se nominat Ut ondat lege
tibus nullum omnino de salute debere diffidere cum ipse de
publicano in apostolum de theloneario in apostolum sit repente mu
tatus Sed de hoc quod dicitur vidit sedentem ad theloneum
secundum ysydorum ethimologiarum xv. Cum loquimur de edificiis publicis thelo
neum dicitur ubi merces navium et nautarum emolumenta
redduntur ibi vectigalis exactor sedet precium rebus impositurus
Huguccio dicit quod telon grece dicitur tributum latine et proprie
quod de mercibus marinis et littus littus accipitur. Thelo
neum est locus ubi colligitur et exigitur. Unde Thelone
arius est ille qui exigit ibi tributum Beda in commento
dicit quod telos idem est quod vectigal. Et quia matheus
iste erat receptor et exactor istorum vectigalium et tribu
torum ideo et thelonearius et publicanus vocabatur
quia erat quasi publica quia cum gentibus et in
differenter cum omnibus ipse habebat agere Et tales Iudei
peccatores nominabant quia eis non licebat cum aliis gen
tibus immisceri Beatus gregorius omelia xxiiii videtur velle quod fuit
campsor ubi querit quare post resurrectionem domini petrus rediit
ad piscationem matheus ad theloneum non resedit Et
respondet quia aliud est victum per piscationem querere aliud est
thelonei lucris pecunias augere Sunt enim plura negocia que
sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt Dicit
hoc de campsoria que vix potest fieri sine usura quia est
congregativa pecuniarum propter quod vituperatur et iuste ut
dicit philosophus primo politicorum c. xi. Et forte cum sero thelonei erat
matheus campsor cum unum non possit fieri sine alio Un
theologus in concordantiis dicit quod sedebat in theloneo ut consuetudinis
est aut ad merces aut aliud vendens aut lucrum faciens quibus
thelonearii utuntur. Et ait sequere me non solum tamen gressu
corporis sed affectu mentis Unde notandum hic quod aliqui sequuntur
deum infructuose curiose effectuose virtuose Primi se
quuntur infructuose sunt qui credunt sequi deum adorando
deos alienos De quibus iiii Regum xi dicitur Declinaverunt corda
nostra ut sequamini deos eorum Etiam ypocrite qui per
opera sua que faciunt ut videantur ab hominibus credunt ve
sequi deum quia de istis verificatur illud Osee xii. effraym
in pascit ventum sed estum Secundi sequuntur affectuose sunt ve

Thelone[m]

Ecclesiastici 26 difficile exuitur negociator a negligentia

Infructuose.

// dixit deus filiis Israel nolite ire post deos alienos etc. Regum ...

Affectuose.

Ecclesiastici ...

diligentes sicut discipulus ille sequebatur ihm Joh. xx. Et isti
sequuntur. In penarum passione sicut I pe ii dicit xpus
passus est pro nobis ut sequamini vestigia eius. In via di
lectione luc ix Magister sequar te quocumque ieris. In boni
continuacione sicut Apo. xix dicitur quod illum qui vestitus
erat veste aspersa sanguine sequebantur exercitus qui in celo sunt.

Curiose

Qui sequuntur curiose sunt penitentes et pro deo adversa
sustinentes in spe melioris retribucionis sicut Apostolus dicebat
ad phill. iii Sequor si quo comprehendam. Qui sequuntur dominum

Virtuose

virtuose sunt illi qui terrena abiectantes. Deum ingenium
possunt in sancta contemplacione sequuntur ~~dominum~~ ut sunt
illi qui voluntariam paupertatem eligunt ut mundo pauperes
effecti xpm pauperem expeditius sequi possint. ut sunt ecce
religiosi multi sicut fecit Matheus iste de quo dicit
Beda in omelia reliquit propria qui rapere solebat aliena
perfectam quoque nobis abrenunciandi seculi formam tribuens non
solum lucra reliquit vectigalium sed et periculum contempsit
quod evenire poterat. Tanta namque cupiditate sequendi
dominum ductus est. ut in nullo prorsus huius vite respectum
vel cogitacionem sibimet reservavit. Et tales ~~bene~~ sequuntur

Dei Cognicio

virtuose ~~quia~~ assequuntur dei cognicionem mentis illuminacionem

mentis illuminacio

gracie collacionem glorie adepcionem. De primo Exo. xxxiii
Vivemus in conspectu dei sciemus sequemurque ut cognoscamus

gracie collacio

dominum. De ii bene dicit salvator Jo viii Qui sequitur

glorie adepcio

me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite
De iii Jo. x. Ego cognosco oves meas. scilicet et sequuntur
me De iiii Mt. xix Vos qui secuti estis me in regeneracione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis
et vos etc. Et ideo bene dicitur ecc. xxiii magna gloria est
sequi dominum. Sic igitur bene dicitur hic in textu ~~Et~~ surgens
secutus est eum. Beda hic in omelia dicit Siquidem ipse dominus
qui hunc exterius humana allocucione ut se sequeretur vo
cavit intus divina inspiracione ut vocantem sequeretur accendit
ipse invisibiliter quomodo sequendum esset docuit propter quod
ille mito obediencia domini humana contempnens negocia de
seruit dominicorum fidelis dispensator factus est talentorum:—

Ieronimus. Tanta virtus luxit que sequentem perspexerunt quia apostoli antequam crederent viderunt quod minime dubitare potuerunt

Multi publicani et peccatores simul discumbebant cum Ihesu et discipulis eius Erant enim multi qui sequebantur eum Et scribe et pharisei videntes quia manducaret cum publicanis et peccatoribus dicebant discipulis eius quare cum ...

Et factum est dum accumberet in domo illius etc. hic ut dictum fuit circa ipsum causam emulacionis iudeorum que fuit prima in isto capitulo Unde sciendum est quod matheus post quam surrexit de theloneo et secutus est christum ipse fecit parare grande convivium in domo sua sicut dicit lucas in ewangelio suo Et invitavit ad illud consortes et consocios qui eciam in negocys thelonei cum eo conveniant causa amicitie predicte. Et tales a iudeis vocabantur peccatores et publicani publicani ut dictum est erant qui in negocys publicis et cum diversis gentibus in omnibus communicabant quod prohibitum erat iudeis in lege eorum Et ideo peccatores vocabantur quia legis transgressores vel peccatores dicebantur quia tales exactiones et tributa sine campsoria sine peccato exerceri non potest Et in hoc quod christus cum talibus comedebat et bibebat et conversabatur scandalizabantur iudei tamquam contra legis transgressorem Et quia multi erant tales ibi sicut dicitur in textu multi sequebantur eum Aliqui videlicet amore mathei ~~quia~~ quia mirabantur quomodo ita subito mutatus fuisset Alii secundum bedam christum sequebantur tamquam penitentes. Sed statim oritur dubium quia videmus quod comedere cum peccatoribus hominem iustum non decet nec licet quod patet per apostolum I cor. v. si quis qui frater nominatur est fornicator aut avarus aut ydolis serviens aut maledicus aut rapax aut huius nec cibum sumere cum eo. Et licet Dauid in ps. dicit superbo oculo et insaciabili corde cum hoc non edebam Ipsius vox sic celestis non assonare scelestis Dico Aliqui comedunt aut conversantur cum peccatoribus opprobriose quia scilicet volunt participare cum eis in malicia Et istud prohibetur prov. i. ut patet intuenti et eciam in auctoritatibus allegatis Alio modo ut eos instruant et ab eorum malicia retrahant ~~eos~~ sicut in vita beati iohannis elemosinarii narratur de vitalio monacho qui in alexandria publice intrabat cum meretricibus et conducebat eas ut possit per unam diem esse cum eis Et tota nocte eis predicabat salutem anime et multas a peccato retrahebat. Et quamvis populus eum de isto diffamaret et eum blasphemaret semper perseveravit in isto facto orabat autem deum ut post mortem suam alicui intencionem suam revelaret ut hii qui in eo non ~~eo modo~~ edificabantur post modum bene reedificarentur Quod et factum fuit et mulieres que prius conversae erant

publicanis et peccatoribus manducat magister vester et bibit Hoc audito Ihesus ait illis Non necesse habent sani medico sed qui male habent Non veni vocare iustos sed peccatores ... pro agentes

V. 1. in favore 2. in correctione

Vitalius

omnibus retulerunt quia ipse qui eas revocauerat a peccato sub pe-
na magna eis precipiebat ne aliqui revelarent donec mor-
tuus esset Et quia una quod ei fecerat publicauit et statim
a demone vexari cepit Qui sanctus post mortem multis
claruit miraculis Et ita in proposito quidam scribe dicebant xpi
discipulis Quare cum peccatoribus et publicanis manducat et
bibit magister vester Audit xpus Non necesse habent sani medico
sed qui male habent Nam ut dicit Beda in glosa Ibat
dominus ad conuiuia peccatorum ut occasionem haberet docendi et
spirituales inuitatoribus suis preberet cibos. Nam cum frequenter
iret ad conuiuia eius doctrina narratur ut potencia doctrine
eius in conuersione penitentium demonstraret Unde sciendum hic
quod differentia est inter conuiuia bonorum et conuiuia malorum Mali
praui congregantur ad conuiuendum mutuum propter gulositatem
garrulitatem impuritatem Primum patet in hiis qui secuntur
thabernas et in gulosis qui inuitant se ad pocula equales
et ad fluuium et tales sunt vitam pecudum eligentes
I° ethicorum ymo sunt peiores quia bestie comedunt ad sani-
tatem isti vltra contra appetitum nature et inuitant tamen
isti dicunt inter se sicut scribitur Eccl. ii. bonum est comedere
et bibere et ostendere anime sue bona etc. quia scilicet ibi ponunt
perfectionem suam Secundo comedunt plures scilicet propter garruli-
tatem ut possint maledicere de aliis quia ibi communiter praui
detrahunt aliis et comedunt frugem mendacii ut dicitur Osee x.
Unde Augustinus fecerat scribi in mensa sua istos versus Si quis
amat dictis absentum rodere vitam hanc mensam indignam
nouerit esse sibi Alii comedunt simul simul propter impuri-
tatem ut postea possint vacare luxuriis et delectacionibus in-
mundis Isti comedunt de mensa Iezabel que interpretatur fluens san-
guine iii Reg. xviii Isti comedunt et fornicati sunt et dominum de-
reliquerunt Osee iiii Alii comedunt scilicet propter malignitatem ut scilicet
possent conferre mutuum in malo Et commouere et instruere consortes
ad suam maliciam prosequendam Et secundum veritatem isti comedunt
se quia destruunt se inuicem Et verificatur de istis Is. ix.
Unusquisque carnes proximi sui comedet Boni autem inuicem
conueniunt propter amicicie continuacionem doctrine instructionem mali-
cie depressionem et sermonis communicacionem De primo dicit philosophus viii° ethicorum
quod nichil sic est amicorum quam conuiuere quia enim conueniunt bene
gloriosi dicuntur non aliter Ge. xxxvii fratres sederunt ut comederent

Convivia Malorum

gulositate

garrulitate

impuritate

Malignitate

Convivia Bonorum

Amicicie continuacio

Dum inducuntur ad peticiones
1° ut peccatores confiterentur quod per facta iustitia desperarent peccatores sicut patet hic 1 ... per sic peccatores homines
2° ut eos ad penitentiam adhortaret ...
3° ut viri ... detestanda ... Capitulum ...
4° ut omnes ... ergo ... et ...

et ad hoc antiquitus fiebant in Ciuitatibus confraternitates et
conuiuia vt dicit philosophus in 2o politicorum / De quo dicit Tullius
in de amicicia prope principium quod illi valentes viri quos nominat ibi
in conuiuiis loquebantur que pertinebant ad rem publicam et
ad instruccionem audiencium et idem dicit macrobius libro
saturnalium prope principium Vnde prouerbiorum ix dicitur quod sapiencia
edificauit domum miscuit vinum posuit mensam et clama
uit venite comedite panem meum etc. / De 3o patet per Apostolum
prima ad corinthios v cum tali nec edere panem habet
Vnde Jeronimus expulit a mensa sua duos clericos quia habitus
et gestus eorum erat male ordinati Vnde Catho pauca
in conuiuio loquere cantica 4o dicitur comedi fauum cum
melle meo / mel significat dileccionem que in conuiuio debet
obseruari / De 4o patet quod sancti viri comedebant simul
antiquitus ut in bonis factis et verbis sibiinuicem gauderent
Vnde cantica v dicitur comedite amici bibite et inebriamini
karissimi / Et ad ista quatuor christus in domo mathei cum apostolis
suis racione amoris et sanctitatis cum publicanis et peccatoribus
ad eorum instruccionem et malicie depressionem / Et propter ista
duo notantur ipse respondit pharizeis et scribis de hoc murmu
rantibus Non necesse habent sani medico sed qui male ha
bent / Beda in quodam dicit scilicet medicus dicit quod miro me
dicandi genere vulneratus est propter iniquitates nostras et
liuore eius sanati sumus / Et reuera ipse est bonus medicus
quod sanat omnes infirmitates iuxta illud psalmi qui sanat omnes infirmi
tates tuas / Vnde sciendum est quod quadruplex est infirmitas
corporalis contagionis / originis propagacionis / actualis commissio
nis / mentalis corrupcionis / Isti sunt male habentes et non sunt
sani sed indigent medico / Primi sunt sicut leprosi / paralitici et
huiusmodi quos sanauit dominus sicut patet in euangeliis et ipse dicit
Mathei xi Ceci vident surdi audiunt leprosi mundantur etc. Vn
de psalmista misit verbum suum scilicet deus pater filium suum et sanauit
eos etc. / Secundo morbo generali infirmantur omnes in sua concep
cione sicut psalmista dicebat Ecce in iniquitatibus conceptus sum et in
peccatis concepit me mater mea sed sanat dominus per lauacrum
baptismi sicut ad titum dicitur saluos nos fecit per lauacrum regene
racionis et renouacionis quem effudit in nos etc. / Pro quo pete
bat psalmista miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam
conturbata sunt etc. / Tercio modo infirmantur peccatores omnes qui actuale.

2 Doctrine istorum
3 Malicie depressio
4 Sanctitatis gracia
4 Infirmitas
1 Corporalis contagionis
2 Originalis propagacionis
3 Actualis commissionis

c 2

x
Mentalis corruptionis

peccatum committunt et si sit mortale est infirmitas ad mortem. Unde ps. Sana animam meam quia peccavi tibi. Certo modo infirmantur qui et si in opere exteriori non committunt intus tamen periculose infirmantur, sicut sunt ypocrite et multi viri et mulieres, qui et si propter aliquod obstaculum ad actum exteriorem procedere non audent aut non possunt propter timorem dampni aut infamie aut aliquo alio impedimento intus tamen habent voluntatem et affectum peccandi et graviter conturbantur. Quia iii ethi. 4 dicitur unusquisque qualis est talia dicit et operatur et sic vivit nisi aliquis gratia operatur. Id est propter aliquos recidivantes in quorum persona dicebat ps. Sana me quoniam conturbata est anima mea. Et quia iste est medicus qui sanat contritos corde in ps. et alligat contritiones eorum. Ideo ad eum recurrendum et dicendum cum ps. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Iste medicus sanans suaviter, integraliter, celeriter, generaliter. Sap. xvi non herba neque malagma sanavit eos domine sed sermo tuus domine qui sanat omnia. Ideo non solum publicani et peccatores indigebant isto medico sed et ipsi Iudei ymo totus mundus. Et sic dicit aug. quia ubique iacebat egrotus ideo venit generalis medicus quia bene dicebat qui sani sunt non indigent medico sed qui male habent. Beda dicit quod male habentes et peccatores vocat eos qui sue fragilitatis conscientia devicti nec per legem se iustificari posse videntes xpi gratie penitendo colla submittunt. Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Istud exponitur dupliciter. Primo beda exponit sic per iustos aut sanos intelligit superbos qui sani et iusti se credentes et de sua iusticia presumentes iusticiam suam volentes constituere iusticie x nolunt esse subiecti sed de lege presumentes ~~iusticia sua~~ evangelii auxilium non querunt. Isti non recte habent medicum quia obstinati sunt. Per peccatores intelligit penitentes qui sensum legis litteralem dimittentes legi xpiane adherent. Et istos venit vocare primos nos. Theofilus in commento exponit aliud dicens quod per sanos et iustos intelliguntur sancti homines qui a morbo peccati curati sunt et isti non indigent medico ut curentur sed solum ad sue sanitatis conservacionem. Peccatores vocat qui male habent eo modo quo dictum est et tales indigent medico ad sui curacionem. Et istos venit vocare ad penitentiam ut curentur. Et est notandum quod dominus vocat nos et peccatores aliquando comminando. Adulando

1

2

promittendo predicando Primo vocat comminando sicut pater
filium male operantem dicendo veni vel tu verberaberis Ysa.
xxii Vocabit dominus in die illa ad fletum et planctum
et ad calvicium et cingulum stridoris. &c. vz. suple si non
exaudiant me Et sic sepius vocat nos per adversitates
et tribulaciones et tamen non audimus eum nos pacientem
et comminantem. Et ideo bene Ysa. lxv dominus dicit. pro eo quod
vocavi et non audivistis servi mei comedent et vos esu
rietis &c. Secundo vocat adulando sicut mater filium
quem diligit et amica dilectum Unde Apostolus ad Heb. ii
non confunditur deus scilicet vocare eos fratres dicens Narrabo nomen
tuum fratribus meis / et tamen non exaudimus eum ut amicum
sicut Ecc. i dicitur. Vocavi amicos meos et ipsi deceperunt
me. Quapropter si vocemus eum non respondet. Cant. vi dicebat
sponsa vocavi et non respondit michi / Tercio vocat
dominus nos promittendo premium vel ad affectum / et dominus
peccatoribus ad eum redeuntibus promittit gloriam suam
i. Petri v. Deus omnis gracie qui vocavit nos in eternam
gloriam suam Et non audimus Et ideo dat peccatoribus tor
mentum et merito sicut Je. xxxi Adducam super iudam
et ierusalem universam afflictionem. eo quod vocavi eos scilicet promitten
do et non audierunt / Quarto vocat per predicatores cottidie
ut nullus possit excusari de negligencia. sicut legislator
facit proclamari leges suas in publico ut melius observentur.
Unde Sap. ix dicitur quod sapiencia divina scilicet misit ancillas suas
ut vocarent ad arcem et ad menia civitatis. Si quis est
parvulus veniat ad me / parvuli dicuntur peccatores insipientes de quibus
dicit Apostolus i Cor. xiiii Nolite pueri effici sensibus sed
malicia parvuli estote. Sed de multis verificatur quod
dicit dominus Prov. i. Vocavi et renuistis extendi manum
meam et non fuit qui aspiceret / Et peccatores istos deus
vocat ad tria videlicet ut resuscitentur ab iniquitate / sanentur
ab infirmitate, liberentur a cecitate / De primo i. ad Thess.
iiii Non vocavit nos deus in immundiciam sed sanctificacionem
i. ut fugiamus immundiciam et sequamur sanctificacionem
De secundo in figura dicitur Luc. xiii quod erat mulier que habebat
spiritum infirmitatis quam cum vidisset ihesus vocavit eam dicens
Mulier curata es ab infirmitate tua / De tercio in figura
habetur Mt. xx ubi dicitur Ecce duo ceci et sequitur et vocavit eos

Comminando
blandiendo
Adulando
Promittendo
Predicando
1 meliorentur
2 curentur
3 illuminentur

et dixit quid vultis etc. et 1 petri 2o dicitur qui de tenebris vocavit nos in admirabile lumen suum. Sic igitur quod dominus in mundum venit vocare peccatores ad penitentiam ut meliorarentur, curarentur, illuminarentur. Quapropter dicebat Non veni vocare iustos sed peccatores.

Et erant discipuli Iohannis et phariseorum ieiunantes. Hic describitur emulacio iudeorum contra Christum ex discipulorum Christi arguicione volenciam retorquere defectum apparentem non existentem in ipsum Christum. Et ponitur duplex casus primus ibi. Et factum est iterum. Sciendum primo quod secundum Crisostomum isti discipuli Iohannis et phariseorum per ieiunium legis credebant iustificari et mirabantur quomodo Christus et discipuli sine abstinencia et labore poterant pugnas passionum superare. Et ut dicit Glossa super Matheum ix. In tribus isti reprehendendi erant, primo quia de ieiunio se iactabant, secundo quia Christum quem Iohannes baptista tantum laudavit calumpniabantur volentes in ipsum vertere culpam discipulorum. Tercio quia erant familiares et discipuli phariseorum quos Iohannes baptista condempnavit Matheus iii dicens genimina viperarum etc. Et de hoc dicitur erant ieiunantes sed infructuose. Unde ad maiorem evidenciam sciendum est quod invenitur multiplex genus ieiuniorum quorum solum unum est laudabile et meritorium videlicet iracundie et malignitatis, penurie et paupertatis, superbie et vanitatis, avaricie et pravitatis, discrasie et infirmitatis, castrimargie et gulositatis, stulticie et fatuitatis, nequicie et iniquitatis, insufficiencie et proprietatis, devocionis et caritatis. Primo ieiunio ieiunant iracundi qui prae ira nolunt comedere aut bibere sicut fuerunt iudei qui voverunt se nunquam comesturos donec occidissent Paulum Actus xxiii. De isto dicitur Ysaie lviii Ecce ad contenciones et lites ieiunatis et percutitis pugno impie. Secundo ieiunio ieiunant pauperes quia non habent quod comedunt et ieiunant velint nolint de isto dicitur in psalmo genua mea infirmata sunt a ieiunio. Tercio ieiunio ieiunant ypocrite de quibus dicitur Matheus vi Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes etc. Quarto ieiunio ieiunant avari qui ne multum expendant ieiunant de quibus dicitur Ecclesiastes vi Est malum quod vidi sub sole et frequens apud homines Est homo cui deus

Marginalia (left): E — Cum primo legitur 3. 1. pro responsione causa .f. quod pharisei frequenter ieiunaverunt. 2o discipuli Christi quia discipuli Iohannis. 3o quia discipuli Christi f[illegible] — 1 Iracundie — 2 Penurie — 3 Superbie — 4 Avaricie

Marginalia (right): de ieiunio Iohannis et de sabbato custodiendo

dedit divicias et substanciam et honorem et non dedit ei potestatem
ut utatur eis De isto ieiunio dicitur ysa. lviii. Quare
ieiunavimus et non aspexisti Respondetur ibidem Ecce in die
ieiunii vestri invenitur voluntas vestra et omnes debitores vestros
repetitis Quinto ieiunio ieiunant infirmi qui non possunt
comedere vel aliqui qui ieiunant ad sanitatem consuadatam
et tale ieiunium neque laudabile neque vituperabile morale est.
et ipsi debent ieiunare pro sanitate anime sue Unde Gregorius
ol. dominica i. xl. exponens illud sanctificate ieiunium dicit
ieiunium sanctificare est adiunctis bonis dignam deo
abstinenciam carnis ostendere / Sexto ieiunio ieiunant
divites qui sedent ad mensam ab hora tercia usque ad
nonam Unde plus comedunt in xl. in uno prandio quam
si non ieiunarent in duobus / isti cambiunt unum denarium
pro duobus obulis De isto ieiunio bene dicitur
illud ysaie lviii Numquid istud est ieiunium quod elegi q.
d. non / Septimo ieiunio ieiunant aliqui imprudentes penitentes
qui indiscrete macerant corpus et consumunt contra
quos Ieronimus in epistola ad nepocianum dicit tantum tibi ieiuniorum
impone modum quantum ferre potes Sint pura
simplicia et moderata ieiunia xiii glossa super i. p ad thi
v. Noli bibere aquam sed utere modico vino dicit prudenter
deus vult sibi servire non ut fiant inmitetate debiles
et post medicorum suffragia querant Octavo
ieiunio ieiunant in mortali peccato scienter existentes assimilantur
enim demonibus qui non comedunt et semper
male agunt De isto dicit cassianus xxxiiii homo qui ieiunat
in peccatis suis quid sibi prodest q. d. nichil. Et verum
est ad mendicum grandem. Nono ieiunio ieiunant illiberales
qui de hiis a quibus abstinent pauperibus non
erogant De quibus dicitur Zacharie vii Cum ieiunaretis
et plangeretis numquid ieiunium ieiunastis s. ad mitum q. d.
non. Et cum comederetis et biberetis numquid vobismet
comedistis et bibistis q. d. sic / quia non aliter ergo cavi
sitis / Decimo ieiunio ieiunant boni et sancti qui meritorie
ieiunant De quo Bernardus sermone xxxviii dicit bonum
et salutare ieiunium quo redimuntur eterna supplicia

Disanie 7
Castimargie 6
Stulticie 1
Nequicie 8
Insufficie 9
Detimonie 10

Unde dicit ... vnde dt q ieiuni corpale nō competebat pueris discipulis ... illo tempe ... ieiunium nō competebat discipulis ... qui erant ... tempore ... discipulos xpi plus ... ... aliud autem ieiunium ... dt Remigius ...

redimuntur peccata non solum est ablucio peccatorum sed extirpacio viciorum / non solum obtinet veniam sed incitat graciam. Et istud ieiunium facit multa bona secundum scripturam que ego transeo causa breuitatis. Modo ad propositum. Isti discipuli Johannis et phariseorum ieiunabant tercio se(cundum) illud sicut ypocrite / quia gloriabantur de suo ieiunio et iactabant se / contra quos xpus loquitur Mt vi. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite illi exterminant facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Et ideo veniunt et dicunt illi scilicet xpo Quare discipuli tui comedunt et discipuli Johannis et phariseorum ieiunant. Et statim oritur dubium lite(ra)le quia Mt ix capitulo et lucas v° dicunt discipulos Johannis et phariseos hoc quesiuisse. Et hic Mr videtur dicere quod communiter hoc quesierunt. Augustinus in de concordia euangelistarum respondit Ad hoc dicendum quod vtrique scilicet communiter et discipuli Johannis et phariseorum hoc quesierunt. et si non simul successiue tamen. Unde sicut dicit Theofilus in commento. hic discipuli Johannis in ipsorum positi in consuetudinibus iudaicis permanebant. Beda Mistice exponit dicens quod omnes qui de operibus legis sine fide gloriantur. vel tradiciones sequuntur hominum. vel etiam qui xpi preconium aure corporis et non cordis recipit. talis a spiritualibus bonis ieiunio corde et habes... Qui vero membris xpi fideli incorporatur amore. non potest ieiunare quia eius corpore et sanguine epulatur. Unde bene xpus respondit discipulos excusando. Nunquid possunt filii nupciarum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare. Sed statim potest hic queri. quia Mt dicit Nunquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum eis est sponsus. Et quod duplex est ieiunium in proposito Unum moris quod in matheo prohibetur / Secundum exultacionis quod prohibetur in marcho. Igitur sequitur quod nullo modo debent ieiunare. Respondeo Aliqui ieiunant ieiunio moris propter absenciam sponsi. sicut sunt illi qui considerantes mundi periculosum statum et peccatorum suorum miserabilem statum. et timent de absencia sponsi ne graciam suam ab eis retrahat. tunc lugent et ieiunant in abstinencia corporis et cordis / et istud

[margin, left:] No.
[margin, left:] respondendo discipulis et dixit illis ... No.
[margin, left:] Moralis.
[margin, right:] Mistice
[margin, right:] ... sponso ... possunt ... non possunt ieiunare

Exultacionis.

ieiunium reputat eccl(esi)a a lxx usque ad pascha quando cantus leti
ne s. Alla subtrahetur. Ieiunio exultacionis ieiunant
illi qui gl(ori)am dei desiderantes et in bonis operibus han
helantes in dei i(n)m(isericor)dia confidentes a delectionibus mundanorum
se abstinent et in domino gl(ori)antur ne finaliter sponsum
perdant. Dum hic in mundo q(uasi) in absencia sponsi morantur
et ieiunant et exultant Et istud ieiunium eccl(esi)a reputat
in ebdomada penthecostes qua eccl(esi)a ieiunat et cantat alla
Unde Beda in omelia dicit iuxta litere tropologiam s(ecun)d(u)m
q(uod) q(uam)diu nobiscum sponsus est et in leticia sumus nec ie
iunare possimus nec luge(re). Cum aut(em) propter peccata a nobis
recesserit et avolaverit tunc indicendum est ieiunium tunc
luctus recipiendus. Est eciam hic notandum s(ecundu)m Bedam q(uod)
sponsus est xp(istu)s sponsa est eccl(esi)a Cris(ostomus) dicit sponsum
vocat tamquam eccl(esi)am sponsaturus Est desponsacio daco
arre s. gracie sp(iritu)s sancti per quam credidit orbis terre Theo
filus dicit. sponsum scipsum vocat tamquam virginales a(n)i(m)as
desponsaturus Et nota(n)d(um) sciendum q(uod) xp(istu)s h(abe)t tres sponsas
virgines Virginem gloriosam Eccl(esi)am orthodoxam
animam gloriosam. De prima in ps(almo) In sole s. in beata
virgine posuit thabernaculum suum et ipse tamquam sponsus
procedens de thalamo suo. Et istam dotavit ana(?) matr
imitatis cum virginitatis honore de qua ipse dicebat Cant(ico)
iiij°. Veni sponsa mea veni de libano libanus interpretatur
candidacio et significat virginitatem sequitur veni coro
naberis dignitate matrimonitatis De sponsa que est eccl(esi)a
militans dicit Ap(osto)lus Eph(es). v° q(uod) xp(istu)s sibi desponsavit
eccl(esi)am non h(abe)ntem maculam neque rugam. Istam dota
vit sacris eccl(esi)e nobilissime dignitatis et dote gracie
que est dos iocundissime bonitatis de qua ipse dicebat
Iohis iii°. Qui h(abe)t sponsam sponsus est. T(er)ciam sponsam
eccl(esi)am triumphantem De qua Apo. xxi Vidi civitatem
s(an)c(t)am ier(usa)l(e)m descendentem de celo. ornatam tamquam sponsam
viro suo. Istam dotavit in sanctis iiii(or) dotibus imorta
litatis. Agilitatis. subtilitatis. cla(ritati)s. Ista corona. coro(na) gl(ori)e
et felicitatis De qua eciam Apo. xxi sponsus et sponsa dicunt veni

1 Mater

2 Eccl(esi)a militans

Triumphans

c 2

Aia

De sponsa xpi que est aia sancta dicebat dns Osee ii° Sponsabo te michi in fide. Unde dicitur de beata agnete quod de xpo dicebat: sponsavit me dominus meus iesus cristus anulo suo subarravit me et tamquam sponsam decoravit me corona. Istam sponsam s. amaz[illegible] dotat sponsus gra et honore quia dat dona spus sci gratuita et caritate et sanctitate. Unde ysa xlix dicitur vivo ego dicit dominus quia hys omnibus velud ornamento vestieris et circumdabis eos tibi quasi sponsa. Sic igitur apparet quod bene xpus dicitur sponsus et ecclesia militans dicitur sponsa de quo dicit Beda in [illegible] de quo sancto et spirituali connubio apli sunt creati qui lugere ac ieiunare non possunt quamdiu sponsum in thalamo vident et sciunt sponsum esse cum sponsa. Qui vero transierint nuptie et passionis ac resurrectionis tempus advenerit tunc sponsi filii ieiunabunt. Quapropter subiungit xpus Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt in illis diebus. Theofilus in [illegible] suo dicit hic autem sponsi sunt apli quia ipsi dei gratia digni sunt sancti omni bono celesti ac omni delectatione participantes. Cum autem auferetur ab eis ieiunabunt eius affectantes adventum donec sponso coniungentur s. in gloria et tunc in vis nuptiis regalem comedent cenam.

[Margin: Et [illegible] de [illegible] gloria [illegible] et dolores [illegible] affliget [illegible] in x passionis [illegible] sustinent [illegible]]

Et sequitur: Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin auferet supplementum novum a veteri et maior scissura fit. Beda exponit sic primo quod per assumentum panni veteris discipulos intelligit per pannum rudem i. novum secundum textum luce intelligit doctrinam novam i. fidei nove. Et quia adhuc erant rudes quia in fide passionis et resurrectionis non erant solidati ideo seniora ieiunia i. subtiliorem doctrinam non possent sustinere et tunc est insufficienta locutio.

Beda

Cris

Criso clarius exponit dicens hy qui novum testamentum predicatores existunt legibus eos vetibus necesse non est. Et sic per vestimentum novum intelligit aplos qui ad fidem novam vocati erant. Per vestimentum vetus intelligit iudeos. Unde subdit Criso. i. iudeis loques vos aut veteres

[Bottom notes: [illegible] duplex est [illegible]

Exterior [illegible]

Interior [illegible]

[illegible]]

[illegible] venerari [illegible] secundo [illegible] ieiunii [illegible] operandus est [illegible] et hoc est quod dicit
Nemo [illegible] opus [illegible] vestem veterem [illegible] panni rudis [illegible] novum
aliquin aufert [illegible] novum a veteri et maior fit scissura [illegible] differentia [illegible]
[illegible] sed ieiunii [illegible] palmites [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible]

Sequentes consuetudines mozayca ieiunia observantes
isti non novas ac miserabiles observaciones tradit
hominibus veteres observare non necesse est. sed ex mentibus
viciosos. Aliquo vero tempore ieiunium cum ceteris virtutibus
observabunt / Sed hoc ieiunium differt a ieiunio legis quia
istud est necessitatis istud erit voluntatis. Sed non preter servo
rem spiritus sunt capaces. Est sciendum quod in scriptura
invenitur pannus amplectendus et est sancte conversacionis /
Detestandus / et est iudayce ostentacionis / Abhorrendus et
est prave operacionis / Primus est sancte conversacionis / Et
iste est sancte iocunditatis et honoris isti sunt panni
quorum odorem senciens ysaac dicebat Ecce odor filii
mei sicut odor agri pleni etc. et quia tales pannos non
habent peccatores ideo dicitur Eze. xxx° non est ligatum
brachium pharaonis ut restitueretur ei sanitas et ligaretur
pannis et fasciaretur / Pannus venerandus est humanitas
salvatoris qua divinitas fuit obvoluta. In cuius signum
dicitur Luc. ii° quod beata virgo peperit filium suum primogenitum
et pannis eum involuit / Tercius pannus est dete
standus et est detestacio sive obstinacio iudeorum / Isti quia
erant involuti in cerimoniis et figuris legis. quasi in pan
nis veteribus erant dormientes et obstinati. De quibus
pannis dicitur Pro. iii° quod induetur et vestientur pannis
dormicionis. Unde in figura dicitur Jer. xxxviii. Pone pannos
veteres sub cubito manuum tuarum / Quartus pannus est
abhorrendus qui est prave operis / quia tales peccatores
quasi fetent coram domino. Unde tales involuti in peccatis
vestiuntur quasi pannis menstruate. Unde Ysa. xiiii dicitur Cu
sar quia abhominor signum superbie et detestor illud
quasi pannum menstruate. Modo ad propositum per duos
pannos signatur lex nova. quia Christus in mundo vestitur suos
quasi pannis novis in nove conversacionis ornamento et
nove fidei fundamento. Per duos pannos vetustos
significantur eciam peccatores. Et sicut pannus rudis novus
non potest consui cum veteri panno quin fiat scissura de facili
sic nec iudei cum racionibus novis secundum Apostolum / nec peccatores
ypocrite poterant uniri / Et ideo salvator ponebat istud
exemplum quod dictum est de pannis. Et statim subiunxit aliam

Amplectendus

Venerandus

Detestandus

Abhorrendus

Uter·

Litteraliter

Mistice

Tropologice

parabolam. q' id concludere volens. Unde dicit Et nemo mittit vinum novellum in utres veteres Alioquin disrumpet vinum utres et vinum effunditur et utres peribunt Sed vinum novum in utres novos mitti debet. Uter utris est vas vinarium proprie de corio / et dicitur gallice bouteille Per vinum novum intelligit mustum ut dicit Beda secundum literam unde vult dicere quod utres veteres sunt fragiles non possunt sustinere vinum novum / Methaforice per utres novos intelligit apostolos / quos volebat implere vino novo .i. doctrina / et ideo nolebat quod essent subiecti veteri legi nec legi iudeorum / quos utres veteres nominat Unde pulcre Beda in 9° dicit sic Erant autem iam utres novi cum post ascensum domini desiderio consolacionis eius orando et sperando innovantur Tunc enim acceperunt spiritum sanctum quo impleti cum linguis omnibus loquerentur a iudeis nescientibus / Sed tamen a testantibus vere dictum est. quia musto pleni sunt Novum enim vinum iam novis utribus venerat .i. est spiritus sancti fervor corda spiritualium repleverat / Aliter tropologice exponit. dicens caveendum est doctori ne animo inducium renovate. Sed in vetustate malicie perdurantis novorum misteriorum secreta committat.

Et factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata et discipuli eius ceperunt progredi et evellere spicas. Hic ponitur secunda causa quare iudei emulabantur Christum et in discipulorum redargucione. quia in sabbato evellebant spicas quod non licebat secundum legem eorum facere cum sabbatum erat feriatum eorum. Sata sunt campi pleni frumento sicut sunt tempore messis. Et quia discipuli Christi famescebant. ideo spicas evellebant et comedebant / et sic a iudeis ex duobus reprehendebantur / Primo quia non ieiunabant sicut discipuli Johannis et phariseorum / Secundo quia violabant sabbatum evellendo spicas. Beda dicit quod tot erant venientes homines ad Jhesum et redeuntes quod discipuli spacium manducandi spacium non habebant Et ut dicit in hoc est notandum, quod epulas deliciosas non querebant Unde pharisei dicebant. Ecce quid faciunt discipuli quod non licet. Augustinus in libro de opere monachorum dicit quod scriptum erat in lege iudeorum quod nullus in agris fure teneretur

Vide de Ruth 23 [illegible]

nec acciperet nisi quod comedere vellet. Et istud poterat in
pimitte facere. Et ideo phisei non reprehendunt de fur
to cum comederent spicas non suas, sed de non obser
vatione sabbati. Quantum secundum sensum moralem sicut scri
bitur Iudicum xii quod galaatide querebant cuidam viro ef
fratheo quid significarent spice mistice, et ipse responde
bat, quod eadem littera spicam exprimere non valebat. Ideo est
sciendum hic quod invenio in scriptura spicas crassas
spicas collectas, spicas deo oblatas, spicas maturas, spi
cas manu fricatas. Spice crasse dicuntur dona spiritus sancti
quibus anima esuriens reficitur et repletur et contra fa
mem malicie premunitur. Et bene figurantur per septem
spicas plenas et formosas quas vidit pharao in sompnis
Gen. xli que significabant fertilitatem vii annorum. Quas
vii anni steriles debebant sublevari. Has fricant sancti
viri et comedunt sicut dicit Beda hic in omelia quod
fricare manibus est exemplis virtutum ab ipsa etiam carnis
concupiscencia quasi folliculis atque tegumentis aristarum pu
ritatem mentis exuere. Anima ut dicit Thomas in quinto
cum sancti hinc a passionibus requiem. Tunc aliis ad
virtutem doctores fiunt euellentes terrena. Spice collec
te significant doctrinam sacre scripture quas de pluribus colli
gunt doctores et euellunt ut sensum interiorem aperiant
et sibi et aliis distribuant. Et ita mistice exponit Beda
in omelia D. Cum doctores sancti eos quos in fide instrue
runt. nichil euellunt esuriem quam salutem intelligunt
hominum sequuntur. Esuriunt insatiabiliter cum in eisdem sacris
elloquiis que legendo pertransierunt panem vite invenire
desiderant. que spice signantur per spicas quas Ruth in
agrum recolligit post manus metencium ut habetur Ruth
ii. Spice deo oblate sunt bona opera que sancti viri
faciunt et deo offerunt et bonis exemplis confricant. Unde
Beda in omelia quod spicas discipuli domini confricantes ma
nibus euellunt hoc est quod ait apostolus Mortificate mem
bra vestra que sunt super terram et exuite vos veterem
hominem cum actibus eius. De istis spicis in figura dicitur
Levitici xxiii cum messueritis segetes terre feretis mani
pulos spicarum primicias messis vestre ad sacerdotem

Moralis

Crasse

Collecte

Oblate

Mature

Spice mature sunt viri penitentes qui se attenuant. Unde
Beda. Sancti viri assumpto habitu humilitatis et pietatis
ad requiem animarum suarum attingere contendunt. Iste sunt
spice de quibus dicit salvator Marci iiii° ultro terra fructi
ficat primum herbam deinde spicam deinde plenum fructum in spica.
Et sic est de prima. Spice fricate sunt sensus sacre scri

Fricate

pture per studium et laborem exquisiti et expositi sicut
exponit Beda hic in quinto c. Vellunt spicas scilicet studen
tes que occurrunt et tamdiu versant manibus contri
tas quousque purgant donec ad escam perveniant cum testimonia
scripturarum ad que legentes perveniunt meditando as
sumunt et tamdiu sedula scrutacione discuciunt donec in
eis medullam discrecionis sive intencionis que latere
videbatur invenientes extrahant. De istis Job xxiiii° de
nudis et incedentibus absque vestitu scilicet ydiotis et sim
plicibus tulerunt id est dederunt spicas id est sensus et expo
sicionem sacre scripture. Et sequitur quod respondit eis Ihesus
numquam legistis quid fecit David quando necessitatem habuit
et esuriit ipse et qui cum ipso erant. quomodo intravit
David [in domum] Dei sub Abiathar principe sacerdotum. et panes
proposicionis manducavit. quos non licebat manducare
nisi sacerdotibus. et dedit eis qui cum eo erant. Ista
hystoria plene habetur i. Regum xxi c°. nec indiget alia
exposicione quomodo David fugiens Saulem venit in nobe
ad Abimelech et esuriens petiit cibos. Cui cum panes
laicos non haberet dedit eis panes consecratos. quibus
non licebat vesci nisi solis sacerdotibus. et ad hoc tamen
interrogavit si mundi essent pueri a mulieribus et illo
respondente quod sic ab heri et nudius tercius. non dubitavit
panes dare. melius arbitratus de famis periculo homines
liberare quam deo offerre sacrificium. Sed hic oritur dubium
quia in biblia dicitur quod David venit in nobe ad
Abimelech et hic dicitur quod venit ad abiathar. Unde
glossa super Marci xii quod istud factum fuit sub Abimelech.
Crisostomus excusat dicens Abimelech binomius fuit. Beda dicit
in glossa quod abiathar erat filius Abimelech et simul
fungebantur sacerdocio sub patre suo. Et sicut legitur i Regum xxii

[illegible]

Abimelech fuit interfectus a Saule quia recepat David quo interfecto Abiathar filius fugit ad David et fuit sociis itineris eius et laboris. Unde post ea qui David pervenit ad regnum factus est princeps sacerdotum et sic fuit in maiori potestate et dignitate quam fuerat pater eius. Ex quibus patet quod quando Abimelech David tribuit panes sacratos Abiathar prius erat. Et ideo biblia nominat Abimelech quia antiquiorem, Christus vero nominavit Abiathar tamquam excelsiorem excellenciorem aut digniorem in potestate. Et sic possunt textus concordari. Et hic notandum quod Christus excusavit in isto capitulo discipulos suos quadrupliciter. Primo propter famis necessitatem. Unde ponit exemplum de David et sociis eius quibus Abimelech contra famis necessitatem succurrit. Secundo propter sacerdotii dignitatem, quia si sacerdos poterat dispensare de transgressione precepti ut patet Levitici .xxiii. sicut fecit iste Abimelech, quanto magis Christus qui erat summus sacerdos ut dicit Apostolus in epistola ad Hebreos .x. Tercio propter misericordie dispensacionem, quia melius est facere misericordiam quam iudicium ut scribitur Osee vi capitulo. Quarto propter similitudinem facti. Unde dicit Beda in glossa opponit ergo dominus. Et si David sanctus est et Abimelech pontifex a vobis non reprehenduntur, sed legis mandatum probabili excusacione transgressi sunt, et fames in causa est, cur eadem fame non apprehenditis in discipulis quod probatis in ceteris. Quamvis magna differencia sit comedere spicas in sabbato et comedere panes levuticos .i. sacratos. Et dicebat eis scilicet Christus iudeis. Sabbatum propter hominem factum est non homo propter sabbatum. Sabbatum fuit factum in lege primo propter quietem, ut homines qui per totam septimanam laborarunt in sabbato quiescerent, quia ut dicit philosophus .x. ethicorum c. v. omnia huiusmodi corpora non possunt continue operari sed indigent quiete. Et Thomas .i. dist. c. vi non contingit operari per viam. Secundo ut in sabbatis maxime homines congregarent in sinagogis ad audiendum precepta legis et documenta, eo modo quo homines in dominicis diebus congregant in ecclesiis ad audiendum sermonem divinum. Tercio ad imitandum deum exemplum quia post

necessitas
dignitas
misericordia
similitudo

Quod dicitur quod propter utilitatem propter potius [illegible] propter sabbatum hodie factum est [illegible] utilitate [illegible]

quiete

Sabbatum [illegible] custodia [illegible] utilitatis [illegible]

audire precepta legis

imitandum dei exemplum

[illegible]

mundi creacionem in sabbato quievit ab omni opere quod patrarat ut dicitur ge. j. Et sic patet quod sabbatum factum est propter hominem. Unde in duobus sabbatum in lege commendabatur. scilicet propter quietem / quia in sabbato iudeis non licebat cibum parare nec ultra mille passus progredi in via / Secundo propter sacrificium / quia in sabbato offerebantur duo agni immaculati anni cum libaminibus suis in holocausta. Tamen causa necessitatis quandoque licebat sabbatum violare / sicut in sabbato licebat circumcidi / et Iosue muros Iherico in sabbato circuivit / et Machabei in sabbato pugnabant. Et quia discipuli christi habebant necessitatem comedendi / ideo licitum erat eis evellere spicas et comedere / cum sabbatum factum sit propter hominem ut dicit christus hic. Sed de hoc quod dicit quod homo non est factus propter hominem sabbatum est hic sciendum quod triplex invenitur sabbatum. scilicet naturale. legale. et supernaturale. Naturale fuit ante legem mosaycam quando multi in diversis nacionibus naturali instinctu eciam sabbatum feriabant. Legale fuit institutum a Moyse et traditum Exo. xx. Supernaturale sabbatum illa requies que erit in gloria. ad quam homo ordinatus est / et ad hoc creatus ut ruina angelorum que de isto vero sabbato cecidit per hominem repararetur / Et ideo homo sit factus propter sabbatum illud. quod ad heb. iiii. dicitur sabbatismus. Ubi dicitur relinquitur sabbatismus populo dei. Ubi glossa dicit sabbatismus. i. plene quietis feriacio et iocunditas per sabbatum significata quo deus requievit. Tunc enim perfecte naturabimus maiore gracia referti. et deo pleni. et tunc perfecte sciemus quoniam ipse est deus. Nam sciemus tunc. quia sicut ipse dicit ipse deus est dominus sabbati. Et ideo potest dispensare de fraccione sabbati. Nam in illo eterno sabbato ut dicit Aug. xxii de civitate dei vacabimus et videbimus videbimus amabimus. Et ibi est noster finis pervenire ad regnum cuius nullus est finis quod nobis concedat et cetera.

Naturale
Legale
Supernaturale

Capitulum 13.

Et iterum introivit Ihesus in synagogam et cetera. Hic ponit evangelista casum de sanacione manus aride

Ubi primo ponitur Judeorum insidiatio. secundo eorum confutatio ibi Et ait homini etc. et 3o eorum obstinatio ibi Exeuntes autem. Est enim hic primo sciendum quod sicut dictum fuit supra in sabbatis Judei congregabantur in synagogis ut doceret ibi et miracula faceret. Et sic introivit Christus in synagoga Et erat ibi homo habens manum aridam. Ambrosius et Orig. superintroducitur quod ille qui habebat manum aridam clamavit quod ipse fuerat cementarius arte et manu querens vitam. Ad nostram eruditionem antequam ad alia procedimus est sciendum quod in scriptura invenitur manus quedam per accidiam et torpositatem. languida per maliciam et iniquitatem. leprosa per invidiam et vilitatem. Abscisa per symoniam vel irregularitatem. remissa per inobediam et imbecillitatem. Nephanda per invidiam et malignitatem. Confracta per impotenciam et fragilitatem. superba per extollenciam et pomposistatem. mortificata per perseveranciam et pravitatem. Arida per avariciam et tenacitatem. Prima est desidiosorum et pigrorum qui nolunt operari. quia manus est organum organorum ut dicit philosophus in iii de anima. Unde in figura habetur Exo. xvii. quod quando manus moysi erant graves vincebat Amalech. Secunda manus est detractorum qui lingua et manu aliis detrahunt de quibus dicitur ysa. i. Manus vestre sanguine plene sunt. Tercia manus est gulosorum. qui manibus ventrem implent sepe usque ad vomitum. Unde maria soror Moysi retraxit a sinu suo manum leprosam. Numeri 12. Quarta manus est Symoniacorum. qui manu ad manum quecumque beneficia ecclesiastica vendunt. De quibus in figura habetur iudicum. i. quod reges .l. prelati habebant summitates manuum abscisas. quia extendunt manus suas ad nepotes et cognatos. et non dant beneficia valentibus viris et clericis. Unde ii. Machab. ultimo viderunt manum nichanoris abscisam. Quinta manus est remissa. et est protervorum et discolorum qui nolunt

Jhesus docebat intrabat

cementarius

Manus

quedam 1

languida 2

leprosa 3

Abscisa 4

Remissa 5

obedire preceptis, et licitis de quibus bene dicitur pu. x. egestatem opata est manus remissa. De sexta que est nundorum et malignorum de quibus dicitur ij. mach. ult. de machanore quod manu nepharia minabatur. Nona que est viciosorum propter impo^cia et fragilitatem non a natura sed a vicio confracta est repudianda propter quod dicitur levi. xxi quod vir qui sed manum fractam non offeret sacrificium aut ministrabit in templo. Nona que est superbiorum dicitur superba sive elevata et est tirannorum et dominorum pravorum. De qua dicitur Exo. iii. libera eum qui iniuria patitur a manu superba. Nona est que est obstinatorum in peccatis suis qui non possunt et volunt ad bonum extendere manum bene dicitur mortificata. De qua dan. iii. dicitur. Eruet nos de manu mortis. Decima est arida. De qua dicitur hic et luce. vi quod erat homo habens manum aridam. Et posset exponi de omnibus istis manibus quia omnis malum operans et a bono se retrahens dicitur habere manum aridam. Unde dicit beda hic in commento homo qui sed manum aridam humanum genus indicat in se cunditate boni operis arestum. Et observabant eum si in sabbatis curaret ut accusarent eum. Sicut dicit Beda hic. Quia eius destructionem sabbati qua in discipulos arguebant probabili excusavit exemplo nunc xpm observando calumpniari volunt ut si sabbato curet crudelitatis eum transgressionis, si non curet crudelitatis aut imbecillitatis arguant. Et dixit viro habenti manum aridam Surge in medium. Crisostomus dicit quod statuit illum ut terrerentur aspectu ac viso eo compatiantur et maliciam deponant. Et tunc dicit eis. Si licet sabbatis bene facere aut male. Sed in mathe. xii. c. dicit quod isti scribe et pharisei petierunt a xpo si licet sabbato curare. Et marcus hic dicit quod xpus interrogavit eos. Augustinus libro de concordia evangelistarum solvit dicens quod ipsi prius interrogaverunt xpm si licet sabbato curare. Deinde xpus videns cogitationes eorum et quod querebant aditum

Marginal notes:
- 6 nepharia
- 7 Confracta
- 8 Superba
- 9 Mortificata
- 10 Arida

ut possent eum accusare. statuit eum quem erat sanatu-
rus in medio eorum et tunc ipse petyt ab eis si in sab-
bato licebat bene facere an male. Unde Beda in omelia
sic dicit preveniens dominus calumpniam iudeorum quam
sibi perfida mente parauant arguit eos. quia legis pre-
cepta perfida mente violarent estimando in sabbato etiam a
bonis operibus feriandum cum lex a malis abstineat dicens
Omne opus servile non facietis in eo. i. peccatum Et concludit
Nam et si secularia opera quiescant Non ociosus tamen
boni operis actus est in dei laudibus quiescere. Ad eviden-
ciam dictorum bede maiorem sciendum. Quod sicut sunt ali-
qua ita mala in genere quod prolata semper deformitatem
includunt a quibus omni tempore est cessandum. et aliqua
sunt mala respectu alicuius. tamen ut alterius consistunt. Ita
sunt aliqui actus boni in genere moris secundum se sicut sunt
opera virtutum Et talia sunt licita semper. etiam maxime
in die sabbati et in diebus ferialibus. Et sunt aliqui actus
in genere entis boni qui non sunt boni in genere
moris. sicut edificare domum. et alia que non erant lici-
ta in die sabbati. ymo prohibebantur quamvis non esset peccatum
nisi ratione precepti. Modo sanatio manus aride erat
bonum de se. quoniam non est extra opus pietatis. et cum hoc
erat ad gloriam dei manifestandam. quia miraculose fiebat mira-
culose. Et ideo de talibus nulli debet esse dubium quin licite
possent fieri in die sabbati ymo laudabiliter. Quapropter
bene eos redarguendo interrogando querebat Si licet bene
facere aut male in sabbato Et certum est omnibus quod sic
quod licet bene facere et animam saluam facere. Est hic notandum
quod christus accipit hic animam pro toto homine. quia est prin-
cipalior pars hominis sicut Exo. i. dicitur. Omnes anime
que egresse sunt de femore Jacob. i. omnes homines
Pro 2°. Beda hic querit de hoc quod dicit hic. utrum
liceat animam saluam facere aut perdere. Non est intendendum
quod deus summe bonus. auctor mali nobis aut perdi-
tionis esse possit. Sed more scripture non saluare aliquid
perdere dicitur. sicut in Exo. dicitur indurasse cor pharaonis.

Bonum per se

bonum in genere entis

Sabbato

an perdere

c 3

nuch et molle obduravit Sed quod minus precedentibus obdu ratum insedit emollire noluit quia non erant / Similiter cum rogamus Et ne nos inducas in temptacionem primo attendo secundo libera nos a malo manifeste docemur eius inducere temptacionem non esse aliud quod non liberare a malo eius perdere animam non esse aliud quam non salvam facere vel a perdicione non salvare / Similiter quando dicitur deus fecisse malum iuxta illud Amos iii non est malum in civitate quod non faciat deus Et illud Ysaie xlv Ego sum deus creans tenebras et faciens malum intelligendum quod ipse permittendo facere dicitur illud facere ita quod perdere animam permitti dicitur illud perdere / Est hic sciendum quod anima quandoque accipitur in scriptura pro forma subtili hominis spiritu vitali Affectu mentali Affectu intencionali pro homine totali pro vita naturali demone infernali / Primo modo accipitur Sap. ix Corpus quod corrumpitur aggravat animam / Pro secundo accipitur Levit. xvii Anima omnis carnis in sanguine / Pro iii accipitur Reg. xviii Anima eius conglutinata est cum eo i. voluntas / et in pluribus locis idem / Pro iiii accipitur Deut. vi Diliges dominum deum ex tota anima tua / Pro vita naturali accipitur Joh. xv maiorem caritatem nemo habet ut animam suam i. vitam ponat pro amicis suis / Pro demone infernali accipitur in quodam libro qui dicitur enclesia meretur ubi dicitur quod erat inclusus in sciniis Et ys. v dicitur dilatavit infernus animam suam i. demones infernales / et Levit. ii / Pro homine totali accipitur hic ut dictum est / et Levit. ii dicitur anima que obtulit oblacionem etc. i. homo / Et sequitur quod iudei tacebant / nec mirum quia ad interrogata non poterant respondere nisi affirmando / quod vellent negare et ipsi nolebant confiteri veritatem / Ad maiorem vero instrucionem est sciendum quod tacere aliquando est perfeccionis / Aliquando imperfeccionis / perfeccionis quando aliquis tacet racione obediencie reverencie / modestie / prudencie / paciencie / Amicicie / Primo modo tacent servi obedientes non contradicentes domino suo. Unde Job xxx Expectabant sentenciam meam et tacebant / Secundo modo tacent qui subiecti sunt dominis quando loquuntur, et eis deferunt reverenciam sic dicitur Judith xiii

Nota bene

1

2

3

4

5

6

Tace

perfeccionis

obediencie

reverencie

Ubi dicitur q illa fecit signum ut tacerent et omēs tacue
runt et tunc locuta est Unde dicitur ecc' xxxii Audi
tacens et pro reuerencia accidz tibi gra Propter secundum
tacent honesti viri ne nimis loquendo sint alys ad
fastidiū sicut q multiloquio est peccatū. sicut ecc' xxi° e
tacens qui invenitur sapiens. et est odibilis qui ꝓtul
est ad loquendum. sen'. i ꝓu. c. xvi. qui nescit tacere ne
scit loqui. Propter terciū tacent pueri in scolis ut ad
discant. sicut in policraton dicitur q discipuli pitagore ante
qm̄ audissent per quinqz annos non poterant loqui in sco
lis. i. non audebant. et ide sen'. ad lucil'. li. vii° ep. n.
dicit quia tacendo et quiescendo fit aīa sapiens sim
philos' Un̄ Job vi°. docete me et ego tacebo Prop' quartū
tacebant martires in tormentis Unde canit ecclia Cedun
tur gladys more bidencium non murmur resonat nō queri
monia. sed corde tacito mens bene consita conseruat
paciam De isto dicitur Eze. xxiiii Ingemisce tacens
luctum mortuorū non facies Propter sextum. sicut tac
homo secretum amici sui et celat eius verecundiam. sicut
Mardocheus precepit ipī hester ut de hac re omīo
taceret Michilominus invenit' taciturnitas imperfectōnis sic
qn̄ aliqui tacent rōne stulticie. malicie. accidie. distraccie
complacencie. pfidie Propter primum tacent stulti qui
nesciunt loqui. sic helyu dicebat ad Job si non hēs
quid loqueris. tace. Propter sm̄ sicut mali tacent ne
malicia eorum aliquo modo appeat et cogitant i corde
suo malum Un̄ Abac. i. dicitur. qr taces deuorante
ipio iustiore se Propter terciū tacent homines pigri
qui ex desidia vel ex natura complexionis pauca loquit
etiam dum necē esst loqui de quo dicebat ysa. vi° Ve
michi quia tacui. Et Job xiii° qr tacens consumor
Propter quartum tacent infirmi qui non pnt loqui
sicut fuit ab angelo zachar'. luc. i. eris tacens et non
poteris loqui Propter quintum tacent paupes in pńcia
diuitū ꝓpter complacenciā et adulacoēz. sicut Ecc'. xiii d'
dives locutus ē et omēs tacuerunt Prop' sextū tacē
pfidi sicut sunt illi qui tacent q debent manifestare
sicut iiii. Reg. vii°. dicebant leprosi qui invenerunt castra

Modestie

Pudicicie

pacie'

Amicicie

Imperfectionis

Stulticie

malicie

Accidie

Distraccie

complacencie

2 c .

Asiriorum vaccia et multa spolia eorum quia fuerant dicerit
Si tacuimus mitiare sceleris arguemur Quo modo ad propositum
isti Iudei tacebant quia nesciebant respondere ad questionem
xpi et etiam ex maligna et perfidia quia nolebant veri
tatem dicere quam bene sciebant Pro dicitur quod tacebant
Et tunc sequitur quod xpus circumspiciens eos cum ira super cecitatem
cordis eorum Hic sunt aliqua declaranda Et primo de
hoc quod dicitur quod xpus circumspexit eos cum ira Quia ex
hoc videtur quod ira fuit in eo Et potest queri Utrum
ira fuit in xpo Et videtur quod non quia secundum doctores non
est nisi duplex ira scilicet ira que fit per zelum Alia que
fit per vicium Sed nulla fuit in xpo igitur etc. probacio mino
ris quia secundum Gregorium v° mor. ira per vicium excecat animi
sive turbat oculum Sic quod tunc homo non est sui
compos ut habetur in vii° ethicorum Et in ethica cathonis
dicitur Impedit ira animum ne possit cernere verum Ira
que fit per zelum etiam si non excecat oculum mentis
saltem turbat ipsum ut dicit Gregorius ubi supra Sed certum
est quod oculus mentis in xpo nec fuit turbatus nec exceca
tus ergo in eo non fuit ira nec passio ire Secundo quia
secundum philosophum iiii ethicorum Ira opponitur mansuetudini Sed xpus
fuit mansuetus maxime sicut agnus mansuetus qui por
tatur ad victimam ut dicitur Jer. xi igitur ira non fuit
in eo Contrarium dicitur etiam hic in textu quia respexit
iudeos cum ira Et Joh. xiii dicitur quod Ihesus fuit turbatus
in spiritu ergo etc. Dico hic quod ira est appetitus vindicte propter
illatam iniuriam ut habetur ii° rethorice Talis autem vindicta
potest appeti preter iudicium rationis et ordinem Et sic est vi
ciosa et dicitur ista ira per vicium de qua Jac. i dicitur
quod ira dei iusticiam non operatur Alio modo potest ap
peti secundum ordinem et motum rationis ordinatum Et sic
est licitum quem irasci sicut dicit philosophus iiii° ethicorum Et in
ps. Irascimini et nolite peccare Unde et iustus letabitur
cum viderit vindictam In hoc letabitur appetitus de quo
quis iuste letatur Et talis est ira alii per zelum sic
dicit Aug. super Johem c. ii Zelo domus dei comeditur qui
omnia que perversa videt emendare cupit Et si emendare non potest

[Margin: contristatus est] [Margin: q°] [Margin: preter ordinem rationis] [Margin: secundum ordinem rationis]

tollat et gemit Et talis ira bene fuit in xpo et aliqualis
turbacio Unde illud ps Zelus domus tue comedit me
fuit dictum de xpo vt dicitur Jo ii Ad raciones / ad primam 1
quod zelus vel ira que per zelum fit in nobis Aliqualiter
turbat oculum mentis quia potencie anime sic se habent in no
bis quod vna intensa in actu suo alia remittitur Et ideo
motus ire qui est in irascibili parte quamuis sit racione
moderatus impedit intellectum a contemplacione veritatis
vt dicitur actoritate allegata In xpo autem non sic quia virtute
diuinitatis quelibet potencia permittebatur agere illud quod erat
sibi proprium / ita quod vna non impediebat aliam in
actu suo Et ideo sicut gaudium fruicionis in anima xpi non
impediebat dolorem passionis in parte inferiori Sic
ergo motus ire in parte inferiori non impediebat iudicium
racionis et sic ad racionem Ad secundam dico quod ira que est 2
preter racionem opponitur mansuetudini non illa que est moderata
racione mansuetudinis est quod faciat talem moderacionem
Et ex istis patet quomodo xpus respexit iudeos cum ira Et
causa subiungitur quia [contristatus est] super cecitate cordis eorum .i. propter
cecitatem cordis eorum .

Et ideo est hic ii notandum quod sicut oculus corporis
turbatur siue excecatur videlicet propter fumum nimium
sensibile excessiuum . puluerem obuium . iracundie motum
humorem corruptum . sompnum . vinum . tenebras . obstaculum
Ita oculus mentis turbatur et quodam modo perditur per
fumum superbie . nimium zelum inuidie . puluerem auaricie
Motum iracundie . humorem luxurie . litargiam accidie
excessum castrimargie . Tenebras ignorancie Primum patet
quod fumus nocet oculis . Et superbia menti Unde dicitur
Zach. xii percuciam omnem equum populorum cecitate Equus
quo ascenditur vel dicitur superbia siue superbus Secundo
sensibile excessiuum nocet visui vt dicitur ii de anima et
iii vt lux nimia excecat oculos . sic bonum alterius excecat
inuidos . et quanto maius est tanto magis eis nocet et vexat
Et hoc facit malicia eorum non bonum facientis sicut
Sap. ii Excecauit eos malicia eorum Tercio dico quod
sicut puluis excecat oculum cupidi Eccl. xx Dona excecant
oculos iudicum / et deut. xvi ne accipias munera que excecant prudentes

Fumus Superbia

Excessiuum sensibile Inuidia

Puluis Auaricia

=3

Motus iracundie

Humor persio

Litargia pigricie

Castrimargia vini

Tenebre ignorancie

Quarto ira impedit et turbat ut dictum fuit | 2. ij. mach. iij. dicitur Cecitate confusi et repleti turbacione cadebant. Quinto sicut humores si habundant in oculis eos excecant. sic persenencia si sit vehemens omnino tollit iudicium racionis in peccatore et in illo ut habetur. vij. eth. Unde exemplum de samsone. Judic. xvj et de sodomitis. ge. xix. qui fiunt corporaliter excecati. Sexto sicut litargicum non possunt aperire oculos. sic pigri nolunt advertere ut videant que agenda sunt sicut dicit Sen. li. j. de providencia unde ys. xvj palpavimus sicut ceci parietes | Septimo sicut vinum immoderate sumptum tollit et suffocat visum iuxta illud tum subfossio oculorum nonne hijs qui comorantur in vino Et ita est de oculis mentis ut patet in hebrio. Unde phus iijo eth. c. viij. dicit Nullus increpabit ceco a natura uel infirmitate uel ex plaga sed magis miserebitur / cum autem qui ex vini potacione uel alia incontinencia. s. cecus est omnis increpabit | Octavo sicut existens in tenebris perdit visum si diu ibi maneat. Ita manens in ignorancia perdit visum mentis quia est in tenebris ignorancie sicut dicit Boecius iiij de consolacione. et in crisostomo in principio unde ysa. lvj dicit speculatores eius ceci etc. Modo ad propositum isti iudei erant excecati exspiritualiter quia non poterant videre opera mea in sanacione leprosi. et paralitici. et hic manus aride. Nec miracula etiam a xpo facta. Et ideo ex invidia sua erant ceci spiritualiter | propter quod xpus respexit eos super cecitate eorum non quod vellet eos sanare sed magis in tenebris manere. Et tunc dixit homini habenti manum aridam Extende manum tuam. et extendit et restituta est manus illi. Ira est clara | Secundum sensum misticum sic dicit beda hic in commento. homo qui manum aridam habebat humanum genus indicat in fecunditate boni operis arescentis Cuius dextera que in primo parente dum vetite arboris poma arripere aruerat. Theofilus dicit quod aridam dexteram manum quisquis non operatur que sunt dextre partis sed manum quisquis ira constituitur in operibus prohibitis. Ex quo enim manus ira constituitur in operibus prohibitis extunc arescit in operacione boni | Unde scitote quod non debemus extendere manum ad gravamen minorum | ad gravamen proximorum ad gravamen innocencium | De primo dicitur in figura gravamen gravamen animarum ...

— aut huic manum aridam

~~manum meam~~ Ad Abraham ge. xxii Ne extendas manum tuam super puerum eo quod timeas deum / quia sancti viri etsi sint potentes non debent aliquo modo gravare pauperes.
De secundo dicitur exo. xxii. Ne extendas manum tuam in rem proximi / De tercio exemplum habes i. reg. xxii quod seruj regis noluerunt extendere manum in sacerdotes domini et xxvi° dicit Non extendam manum meam in christum domini .i. contra innocentes / De iiii° in ps. dicit Non extendant iusti ad iniquitates manus suas .i. ad peccata / Sed debemus extendere manum ad elemosinarum largicionem / oracionum peticionem / bonorum operum operacionem. De primo habemus exemplum et documentum pro. ult. ubi dicitur de forti muliere quod manus suas extendit ad pauperem etc. Nota infructuosa debilitas est anime nullo modo ordine quam elemosinarum largicione curare / Sed nobile frustra addiscimus pro peccatis rogaturus manus expandit qui ~~non~~ ad viduam rogantem ~~manum~~ beneficium eius collaturus non extendit.
De secundo habetur ii. par. vi. quod salomon extendit manus suas et orauit etc. De iii° figuram exo. iiii. ubi dicitur quod Moyses extendit manum suam et apprehendit caudam colubris que statim versa est in virgam Et ita est de peccatore conuerso apprehendit caudam serpentis .i. temptaciones dyaboli et stringit et tunc mutantur in virgam prudencie et correctionis. Sicque moraliter loquendo / precepit dominus illi potentiori qui habebat manum suam aridam per avariciam aut inherenciam ut extenderet eam ad elemosinarum largicionem etc. et tunc sanaretur Et ut dicit Beda in glo. christus venit ad sanandum manum aridam. quia insontes manus in crucis arbore tenderet bonorum operum succus manus arida restituta est saluti / et dicit Notabile verbum contra clericos quod in synagoga manus erat arida / quia ubi scientie donum maius ibi grauius est inexcusabilis noxe periculum.

Exeuntes pharisei statim cum herodianis consilium faciebant aduersus eum quo eum perderent. Nota iudeorum obstinacio quia nec miraculis nec predicacionibus resistitur a malo Sed exeuntes Nota quod dixit exeuntes quia non poterant sustinere bona que videbant et audiebant a christo sicut bufo non potest sustinere odorem vineis florentibus sed fugit / Sic isti non poterant odorem bone opinionis et fame nec videre nec sentire. Et ideo isti statim sociauerunt se cum herodianis quia ut dicit glo. Intelligit 2 est sciendum quod isti mali querebant socios quia similis similem sibi querit

Credebant enim socios quia dicit glo. quia reus nunquam sufficit socios malos querunt

extendit & bonorum operum fructibus manus arida restituta est.

et post hec in glo

Et istud habetur consimiliter viij° Ethicorum et xiij et xxviij. Sed
quid fuerunt isti herodiani. Thomas in catena tangit duas
opiniones de hoc. Prima est quod isti herodiani fuerunt quidam
Iudei fingentes quandam sectam novam dicentes de he
rode Ascalonita quod ipse erat messias. Moti ex falso intellectu
illius quod dicitur Gen. xlix. Non auferetur regnum de Iuda
et dux de femore David donec veniat qui mittendus
est etc. Modo defecerant reges et duces de Iuda et David
quia iste herodes fuit alienigena. quia pater suus fuit
ydumeus secundum quod dicit Josephus et alii hystoriographi
Et sic quia videbant istum herodem regnare credebant
in eo prophetiam illam impletam fuisse. Cum secundum veritatem
impleta fuit in Christo qui fuit ille qui mittendus erat
ad salvacionem hominum et constituere regnum quod non deficiet
qui Christus natus fuit sub herode Ascalonita sicut patet
Mt. ij. Et illi de illa secta habebant occasionem persequendi
Christum cum Christus secundum veritatem erat contrarius secte sue
Alii dicunt ut Beda et Ieronimus quod isti herodiani erant
milites herodis tetrarche qui fuit cognominatus antipas
et fuit filius herodis predicti et dominabatur in galilea
non sicut rex sed sicut tetrarcha ut habetur Luc. iij. Ex
quibus habetur quod fuerunt tres herodes. primus fuit herodes
Ascalonita qui fecit decollari innocentes. Secundus fuit
iste herodes de quo fit hic mencio qui cognominatus
est Antipas et fuit filius eius et fecit decollari Johannem
baptistam et iam incarceraverat eum. Tercius fuit herodes
agrippa qui decollavit Jacobum fratrem Johannis
euangeliste. Et [illegible] malicia phariseorum qui cum perversis
hominibus tractabant de morte Christi. Beda dicit hic
quod iste herodes qui persequebatur Johannem baptistam occasionem
persequendi Christum accepit quia Johannes eum predica
verat quod erat ille qui mittendus erat. Sed de hoc quod
dicitur quod isti pharisei cum herodianis consilium faciebant
etc. est sciendum quod differentia est inter consilium bonorum virorum
et malorum. quia consilium pravorum habet in consi
liando fatuitatem. exequendo malignitatem. perseverando
instabilitatem. prosequendo [illegible]. intendendo pra
vitatem. concordando varietatem. Primum declaratur
quia sicut prudentis est bene consiliari in hiis que novit

I.

2.

Et de hac opinione dicit in glosa Cum herodianis ministris herodis qui [illegible] innocencia quod ipse adversus Johannem [illegible] impedivit et adversus [illegible] quem Johannes predicabat etc.

Consilium pravorum

consiliando fatuitatem

Ergo male consiliando est fatuus ut dicitur vi ethicorum quia licet pravus et incontinens quod proponit aspiciet ex ratione ordinabitur non tamen ad modum prudentis ut dicitur ibidem Et isto consilio usus est roboam qui dimisit consilium senum et accepit consilium iuvenum ii paralipomenon xii ideo dicitur ecclesiastici viii ad fatuus consilium non habeas Secundo dico quod consilium pravorum habet in exequendo malignitatem quia sicut consilium est ad finem qui simpliciter conferens id est qui est bonus ut dicitur vi ethicorum ita male consiliari est ad finem malum proprie consilium quod est ad malum sicut est consuetudo pravorum quia tales sunt qui exacerbaverunt deum in consilio suo ut dicitur in psalmo unde bene dicitur Genesis xlix in consilium eorum non veniat anima mea Tertio habet consilium pravorum in prosequendo instabilitatem nec mirum quia pravi dum non possunt in unum concordari quia non contingit invicem multum sal comedere viii ethicorum Et ideo consilium eorum non potest multum durare quia ut dicitur in psalmo cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire et ysaie viii inite consilium et dissipabitur Quarto habet in prosequendo [illegible]quietatem quia flo[illegible] cito omnia discordant sic vero omnia consonant primo ethicorum Unde sepius fit talis dissonancia quod consilium pravorum in malum revertitur supra eos unde malo dicitur Job xviii precipitabit eum consilium suum unde orabat hester xiiii Converte domine consilium eorum super eos et ecclesiastici xxvii facienti consilium pessimum super eum devolvetur Quinto est consilium pravorum in intendendo pravitatem quia sive veritatem pravam semper fine peiore intendunt ideo psalmo beatus vir qui non abiit in consilio impiorum etc. Et ysaie xxx ve vobis filii desertores ut faceretis consilium et non ex me scilicet addentes peccatum super peccatum Sexto habet in concordando varietatem et merito quia sicut vultus hominis non est securus canon ut dicitur ii politicorum ita nec iudicium eius et ideo inter pravos sunt diverse voluntates diverse opiniones diversa consilia Unde et ad istum intellectum dicebat Gamaliel Actuum v si autem est ex hominibus consilium dissolvetur Et quia consilium iudeorum cum herodianis erat consilium pravorum ideo non mirum si dissipatum fuit sicut dicitur Job v quod consilium pravorum sic dissipatur quia qui voluerunt eum perdere

exequendo malignitatem

prosequendo instabilitatem

prosequendo [illegible]

intendendo pravitatem

concordando varietatem

ut hic non potuerunt quia ipse mori voluit et perire non potuerunt

Et ihesus cum discipulis suis secessit ad mare. Beda dicit quod secessit quasi homo fugiens insidias quia nec adhuc venerat hora passionis eius / sicut ipse dixerat Matthei x si persecuti vos fuerint de una civitate fugite in aliam. Sed ubi secessit plures invenit / quia sequitur quod multa turba a iudea et galilea secuta est eum et ab ierosolimis et ab ydumea et transiordanem et circa tyrum et sydonem audientes que faciebat veniebant ad eum. Unde sciendum quod aliqui sequebantur eum ratione sanctitatis ut apostoli aliqui ratione sanitatis ut infirmi aliqui ratione novitatis ut alienigene aliqui ratione malignitatis ut pharisei. Beda allegorice exponit dicens quod in eo quod christus dimittens synagogam venit ad mare ibi quod venientem ad se plurimam multitudinem sanaturus ac docturus excepit. narrandum manifeste salvacionem prefiguravit / ad quos per fidem venire relicta perfidia iudea dignatus est / quod bene patitur / quia a iudeis ad gentes transiturum erat regnum. Unde Matthei xxi dicebat ipse auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum / Et actuum xiii huic dicebat paulus / quia vos repellitis verbum dei ecce nos convertimur ad gentes. Item Theofilus mistice exponens dicit / quod ex quo ipse ivit ad mare post civitatem relictam scilicet Capharnaum signat quod post mundanas curas debemus converti ad penitenciam / Mare enim signat amaritudinem penitencie / sic enim faciebat psalmista dicens cum autem molesti michi essent induebar cilicio / ecce vestis asperitas / Et humiliabam in ieiunio animam meam / ecce ibi ariditas / et in istis bene designatur penitencia / Et videte quoniam in hiis qui de diversis partibus secuti sunt christum ad mare signantur ea que sunt in vera penitencia Primum est peccati detestacio quod notatur in galilea que interpretatur migracio / et est quando homo dimittit peccatum / Secundum est peccati confessio quod intelligitur per iudeam que confessio interpretatur / Tercium est satisfactio que intelligitur per ierosolima que est visio pacis / Quartum est peccati et fragilitatis consideracio / que per ydumeam intelligitur / que sanguinea interpretatur / Quintum est humiliacio

·1· peccati detestacio
·2· peccati confessio
·3· Satisfactio
·4· peccati consideracio
·5· humiliacio

que per transiordane nota quia interpretatur descensio / Sextum est readmacoins tioracio / que per Tyrum designatur qui interpretatur angustia / Septimum est regni celestis desideracio / que signatur per Sydonem qui interpretatur venatio. Sic patet mistice quod ut dicit Jo. Omnis Christi actio nostra est instructio / Et sic Christus mistice nos instruxit quid agere debeamus / Et dixit discipulis ut navicula sibi deserviret propter turbam ne comprimerent eum. Sic dicit Beda. et bene / aliud est Christum tangere aliud opprimere. tangit namque eum qui fidem eius ac dilectionem vero corde suscipit. Comprimunt enim qui carnalibus cogitacionibus aut eciam factis pacem cordium in quibus veritas manere consueverat turbant sicut Lu. viii. Dicebant discipuli Christo. turbe opprimunt te. Unde a parte qui enim tetigerunt saluti ex prohibentur Unde sequitur Multos enim sanabat ita ut irruerent in eum ut illum tangerent. Ad nostram erudicionem sciendum est hic quod sicut ipsi tangebant Christum ita Christus eos tangebat ut sanarentur Unde notandum quod dominus tangit multipliciter videlicet commovendo / inflammando / Temptando / adiuvando inspirando corripiendo / Sanando / Primum fit ad movendum ut auctat sensum sicut dicebat dominus de pharaone Exo. xi. Adhuc una plaga tangam eum / Secundum fit caritatem infundendo de quo dicitur 1 R. x. quod pars exercitus secuta est Saul quorum corda tetigerat dominus / Tercium fit ad probandum. sicut in Job sicut ipse de se dicebat Job. xix. Manus domini tetigit me / Quartum fit iustos confortando. sicut in ps. ciiii tangit montes .i. sanctos viros secundum aug. et fumigant bonis operibus chorusgando / Quintum fit homines purgando de quo Amos ix. dicitur Dominus exercituum qui tangit terram .i. trenos et tabescet .i. a peccatis / Sextum habetur in proposito quia ut dicitur in littera et pertangere vel pertangi multos sanabat / Et notanter dicit multos sanabat. quia legimus in ewangeliis quod Christus sanavit vii genera hominum in quibus septem peccata mortalia designantur. Sanavit filium reguli morientem per superbiam Joh. iiii / Cecos in templo excecatos per invidiam Johis v. Demoniacum per iracundiam Luc. viii / habentem manum aridam per avariciam Mr. iii Servum centurionis languentem per accidiam Lu. vii

Readmacois timoracio
Regni celestis desiderium
Tangit
Commovendo
Inflammando
Temptando
Adiuvando
Corripiendo
Sanando
1 Superbia
2 Invidia
3 Avaricia
7 Accidia
Ira

de gula
de luxuria

moraliter

Propitiam per castimargiam lu. xiiij. Mulierem habentem
fluxum sanguinis per luxuriam lu. viij. Unde bene dicit
Job v. percutit et manus eius sanabit. Et sicut dicit Beda
in glosa non sine misterio dominus ascendit naviculam. Navi
cula est ecclesia militans sicut alibi dicitur quod navicula iacta
batur fluctibus ita ut pene submergitur. In nunquam periclitatur
quia ecclesia catholica infinitis persecucionibus fuit agita
ta a prima sui fundacione sic quod vix inveniebatur qui se
xpianum ausus esset nominare. Et tamen nunquam fuit sub
mersa nec extincta. Sed inter pressuras crevit quia in
sanguine xpi fuit fundata in sanguine martirum fuit
confortata et aucta. Ecclesia ut dicit hilarius vij de
trinitate hoc habet ecclesia proprium dum persequitur floret dum
opprimitur crescat dum contempnitur melioratur dum leditur
vincit dum arguitur intelligitur tunc stat cum superari videtur.
Et Beda hic in comento Navicula deserviens domino in
mari ecclesia est congregata de gentibus et fluctus huius
seculi labentis libere mentis virtute est transgressa que quanto
sinum cordis amplius recipiende gratie sui conditoris dila
tat tanto sublimius cunctis transeuncium rerum voluminibus
quasi fluctibus pelagi estuantis navicula mentis agitata
scandit id est bonis insultat. Et sicut nos legimus quod xpus
naviculam ascendit materialem ad quatuor ita ipse consti
tuit etiam catholicam. Nam ipse ascendit in naviculam
aliquando

ad { populum docendum / mare transfretandum / populum sanandum / mare pacificandum }

Primum habetur luc. v. Ubi
dicitur quod xpus sedens in navi
culam docebat turbas. Secundum
habetur Mt. xv quod dimissa 16
turba ascendit in naviculam et venit in fines magedam.
Tercium habetur hic quod in navicula multos sanavit. Quartum
18 habetur Mt. viij. ubi dicitur quod xpus ascendit in na
viculam sequitur quod motus fuit magnus ita ut navicula
operiretur fluctibus. Et tunc ipse imperavit mari et facta
est tranquillitas magna. Et ad ista quatuor spiritualiter
xpus instituit ecclesiam. Primo ad mundum docendum. Ad
huius seculi pericula evadendum et transfretandum. Ad mundum
et genus humanum salvandum. Ad demonis perturbacionem

et eius insultum pacificandum et vincendum/ Et sic patet sensus
moralis quod non sine causa ipse ascendit naviculam/ Quotquot autem
habebant plagas et spiritus immundi cum illum videbant proci-
debant ei/ Beda dicit quod infirmi qui habebant plagas infirmi-
tatum corporalium procidebant ex simplici intencione obtinende
salutis/ Qui erant demoniaci vel potius qui habebant
in se habitantes demones vi divini timoris coacti nec solum
ad procidendum ei verum etiam ad confitendum eius maiesta-
tem compulsi/ Et in hoc ut ipse dicit est bene miranda
est vel potius dolenda arrianorum cecitas qui preter gloriam
filium dei post resurrectionis et ascensionis ipsius gloriam
post dilatatam toto orbe fidem ewangelii repente negant
quem demones mortali adhuc carnis habitu indutum filium
dei esse aperta voce profitentur/ Unde sequitur quod demones
in corporibus hominum exeuntes clamabant tu es filius dei et tamen
vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum/ Hic re-
stant duo declaranda breviter/ primum est quare generaliter
dicitur de hominibus plagis videlicet quot sunt plage et de qui-
bus intelligitur/ Secundo quare comminabatur demonibus
ne manifestarent illum/ Circa primum ad primum sciendum quod plaga
est nomen equivocum/ Dicitur enim plaga regio vel pars/ Genesis
iiii dicitur quod Cayn habitavit ad plagam orientalem/ Dicitur
etiam funis sive corda qua rethe trahitur in venacione
quandoque/ Unde Ovidius xi Methamorphoseos dicit noxilibus
plagis silvas menalios ambit/ Dicitur etiam infirmitas
Unde Grecismus dic plaga rethe/ Sed pro infirmitate
accipitur quandoque large videlicet pro

Adversitate et iniuria
Calamitate et miseria
Dolositate et invidia
Pro pravitate et malicia
Mortalitate et vite carencia
Infirmitate et discrasia

De primo Exodi xiii dicitur quod percussit egiptum plagis va-
riis et idem Iudicum v/ De ii Jeremie xv. factus est dolor meus
perpetuus et plaga mea desperabilis/ De iii in psalmo Sa-
gitte parvulorum facte sunt plage eorum etc.
De iiii in iii regum viii dicitur si quis cognoverit plagam cor-
dis sui et extendit manus suas etc/ De v° Apocalipsis xiii°
plaga mortis curata est i. in christo qui resurrexit a mortuis

Plaga

De vi° habetur levi. xiiii de plaga lepre. Et hic in lra q̄
vt dictum est fuit quotquot habebant plagas .i. infir
mitates corpales. Si tñ plagas practicans et in aliquo per
pctm vel infidelitatem curabantur. Q.m ad scdm quare
xpus nolebat q̄ demones dicerent q̄ esset filius dei in
pmo capitulo fuit dictum ne iudei crederent q̄ ipe hēt
demones ppicios et q̄ ab obsessis corporibus exirent amo
re non timore sicut ipi sibi imponebant q̄ in principe de
monioru eiciebat demonia. Verum Beda ponit hic in
comento alias rones. Prima est quia testimonium demo^m
nullius est ponderis sit vet de hoie infami. Et allegat
illud ps. de peccatore cui dicit dominus Quare tu assumis
testamentum tuum per os tuum rē. phibetur ergo dum predicat
peccator ne quis dum predicacionem audit sequatur eius
improbus eni magister est dyaᵘ qui falsa veris pmisce
vt specie veritatis testimonium fraudis obtexat. Secunda
ro sua est quia non solum demones sed illi qui ab eo
curati sunt iubentur silere de xpo ymo et apli ante
Primo modo dormiunt omnes quia natura somno indiget ad refocillandum spiritus vitales. Pro iuvenis et crescens appetit lectum ad dormiendum secundum quod dicit in ethicorum 4 c. xiij Et tamen ista dormicione non contingit deos dormire ut dicit philosophus x ethicorum c. x. Item dormiunt culpabiliter sunt illi qui in peccato existentes sine remorsu consciencie ibi quiescere videntur. sed certe periculose quia sunt sicut dormiens in medio maris amisso clavo ut dicitur proverbiorum xxiij. Et sic dormiunt peccatores in quocumque peccato maneant, de quo possent fieri concordancie quas omitto causa brevitatis. Sed tales qui sic in delicijs mundanis et divicijs morantur dormire dicuntur in psalmo Dormierunt somnum suum et nichil invenerunt viri divitiarum in manibus suis scilicet in morte. Et propter hoc talibus sic dormientibus in periculo mortis eterne clamat apostolus ad ephesios v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te christus. Item dormiunt morte corporali sunt in duplici differencia quia aut qui moriuntur corporaliter sunt mali aut sunt boni. Si sunt mali talis dormicio multo dicitur mors quia moriuntur eternaliter dampnabiliter insanabiliter. Unde Ieremie li dicitur Inebriabo eos ut sopiantur et dormiant somnum sempiternum et per ad thess. v. dicit apostolus non dormiamus sicut et ceteri. Mors sanctorum hominum dicitur dormicio ratione

2 culpa

3 corpore

- quietacionis
- pausacionis
- resurrectionis
- assecuracionis

4 quieta

Quia homo in morbo vel angustia existens proprie non dormit sed dormitat in psalmo Dormitavit anima mea pre tedio. Sed boni viri dormiunt ut sani et suavem quietem quia iam requiescunt a laboribus suis ut dicitur Apocalypsis xiiij. Et de Stephano dicitur Actuum vij quod moriens obdormivit in domino. Secundo dicitur mors sanctorum dormicio ratione pausacionis quod dormicio corporis non est nisi ad tempus sic pausacio

2 pausacio

In quorum persona dicit psalmista Et dormivi et soporatus sum et exsurrexi. Et in alio psalmo Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat. Tercio dicitur mors bonorum dormicio racione resurreccionis, quia primo ethicorum secundum philosophum dormiens vivit secundum dimidiam vitam, ita sancti et si hic secundum corpus moriuntur, vivunt tamen secundum animam feliciter et vigilant, sicut dicebat anima sancta Cant. v°. Ego dormio et cor meum vigilat. Quarto dicitur mors eorum dormicio racione assecuracionis, quia non timent eos qui occidunt corpus et securi dormiunt in spe evigilacionis ad gloriam. Unde psalmista In pace in idipsum dormiam et requiescam. Quidam dormiunt in gracia sicut qui in purgatorio morantur et quiescunt, et in Christo dormiunt, sicut Johannes ewangelista qui in cena super sinum salvatoris in cena obdormivit. Quidam dormiunt in gloria, dormiunt feliciter et secure. De quo dicitur Osee ii. Dormire eos faciam cum fiducia. Modo ad propositum secundum sensum pure litteralem littera exponitur de dormicione naturali corporali. Prima quod homo iactat semen suum in terram sive dormiat sive exurgat die ac nocte semen germinat et terra fructificat ultro primum herbam deinde spicam etc. Secundum ad sensum tropologicum semen est verbum dei sicut dictum fuit in alia parabola superius homo qui iactat semen est predicator. Et quod cadit in terram bonam sive quiescat predicator a predicando sive non in cordibus fidelium germinat. Et fit talis processus secundum Crisostomum et Bedam quia primo concipitur timor divinorum iudiciorum, et signatur per herbam quia est quasi imperfectum. Et quia timor dei facit cessare a malis, et homo incipit fructificare in bonis. Ideo dicitur ascendere in spicam per quam intelligitur spes divinorum beneficiorum, quia sicut in spica est spes grani futuri, ita spes que est virtus catholica dat expectacionem boni eterni. Et tunc ultra vincitur et maturatur in ardore caritatis et amoris qui fructum mutuo adaptatur, quia caritatis opus perfectum est, quia plenitudo legis est dilectio ut dicitur ad Ro. xiii. Ideo dicitur quod sequitur plenum fructum ~~frumentum~~ in spica. Et ita exponit textum istum Gregorius super Eze. sic dicens Cum iam desideria bona concepimus semen in terra mittimus. Cum vero recta operari incipimus herba sumus.

Resurreccionis
Assecuracionis
Litteralis
Tropologicum
1 Timor
2 Spes
3 Caritas

2.

[left margin] ... ... mor... a ... ... est ... bonum ... ... timor

glo. primum herba i. timor ... timor ... deinde spicam i. primum ... ... Deinde frumentum plenum i. ... fructum. ... exponitur ...

Cum ad perfectum boni operis conatus ad spicam provenimus
Cum enim eiusdem operis perfectione solidamur iam plenum
frumentum in spica proferimus. Istud semen est verbum
in cordibus bonorum multiplicans et crescens de quo
bene dicitur Ysa. lx. sicut ymber descendit de celo et ibi
ultra non revertitur. sed inebriat terram. et germinare
facit. sic et verbum meum non revertetur ad me vacuum
sed faciat quecumque volui etc. Talis sator erat Apostolus qui
dicebat. i Cor. iii. Ego plantavi Apollo rigavit deus
autem incrementum dedit. Secundum sensum allegoricum sic Theophilus

Allegoriam

exponit regnum dei dicitur ecclesia. Semen est gratia spiritus sancti
que datur in sacris quia gratiam sacramentorum cum digne suscipit
germinat in herbam. et fructificat procedendo de virtute
in virtutem. donec veniat ad perfectum fructum glorie. et dicit
quod etiam in dormiendo sive vigilando crescit et germinat
quia ecclesia dei semper in gratia proficiat. et etiam bonus
homo in omnibus actibus suis moraliter fructus mentis ut
plures tenent doctores. Secundum sensum Anagogicum sic

Anagogicam

exponit Johannes textum istum sic dicens. homo iactans se-
men est filius hominis. semen est verbum. terra corda
humana. dormitacio hominis mors est salvatoris. exurgit
semen die ac nocte. quia post sompnum Christi numerus fidelium
credencium per prospera et adversa magis magisque germinavit et
crevit. hoc quod subiungitur. quod postquam semen pervenit ad
fructus complementum. homo mittit falcem quia adest messis
~~messibus~~ Jeronimus exponit. quod falx est mors vel iudicium
extremum quod secat omnia. quia adest messis id est con-
summacio seculi. In qua iusti gaudebunt qui in lacrimis
seminaverunt

Et dicebat cui assimilabimus regnum dei aut cui parabole comparabimus
eum sic supernis dicendum sunt in ista parte quia describit
fructus predicacionis Christi quantum ad statum ecclesie quia
ecclesia de parvo statu crevit ad magnum sicut contingit
grano sinapis. Et est tercia parabola in ordine quod ipse de
prima comparavit verbum dei semini quia faciat affectum In secunda
parabola comparavit verbum lucerne quod illuminat intellectum.

Pri[m]o ecclia compat grano synapis quia castigat sp[iritu]m. Et sic
ista compacio sicut et alie s[ecundu]m progressum q[uo]d habuit
eccia. Unde bene regnum dei dicitur sicut diffuse tractat
b[eatu]s Greg[oriu]s. ol[im] xxvj. Et ideo hic compat ecclia sive
v[er]bum dei grano synapis / quia q[ua]n[do] iactat[ur] in terram
sive seminatum fuerit. Minus est om[n]i[bus] seminib[us]. sive minimu[m]
que iactantur in t[er]ram. Deinde cresc[it] et ascendit et fit
maius omnibus oleribus. Et ita fuit et est de ecclia xpiana
quia v[er]bum dei in p[ri]nci[pi]o nascentis ecclie minimu[m] erat
in reputacione / Sed q[uan]do disseminatum fuit per ap[osto]los in
toto orbe t[er]rarum. quia in omnem t[er]ram exivit son[us] eor[um]
2e. tunc crevit et facta est maior omnibus ecclesijs / ymo
et facta est maior omnibus oleribus / quia doctrina ista s[a]c[r]a
est maior omnibus alijs dogmatibus et ph[ilosoph]orum doctrinis
que oleribus comparantur / Iuxta illud ps. sicut olera her-
barum cito decidunt / quia q[uan]to magis vilescunt / et ist[u]d
est v[er]um maxime de aliquibus scientijs ut sunt s[cienti]e lucra-
tive / quas philosophia lib[ro] p[rim]o de consolacione appellat scenicas
meretriculas. Et ideo qui finaliter nolunt intendere nisi
ad tales sciencias sive ad s[cienti]as mathematicas / in quibus
non est neque bonum neque finis. ut dicit[ur] iij[o] phys[icorum]. seminant
agrum suum. q[uasi] diversis seminibus sive oleribus / Contra
quos dicit[ur] Levit. xix. Non seminabis agrum tuum diverso
semine. Et ideo tales s[cienti]e oleribus comparantur / que in
altum non crescunt s[ed] marcescunt / sicut pulcre tractat
beda hic in q[uar]to lib[ro]. Confer huiusmodi doctrinam s[cilicet] eor[um]
dogmatibus ph[ilosoph]orum et libris eorum. splendori eloquencie
composicionum et s[er]monum. et videbis q[uan]to minor sit ceteris
seminibus semen euangelij / Sed ille generunt. nichil
mordax nichil vivum nichil vitale demonstrat. Sed
to[tu]m flaccidu[m] marcidum q[uod] ebulit in ol[er]a et in herbas que
arescunt et corruunt. Et ideo sola Theologia et sacra
scriptura que p[ro]prie non est aliud q[ua]m dei v[er]bum q[uod]
ab ore xpi exijt p[ri]mo et ap[osto]los docuit et modo ipse et
p[er] eos docuit et seminavit grano synapis p[ro]p[ter] qua[m] / Et possu[n]t
raciones addi[ci] et congruencie / q[uia] s[ic]ut d[icit] Macer poeta in lib[ro].

c 9

sino de virtutibus herbarum granu(m)
in purpureum colorem splendescere
flegmaticum humorem desiccare
paralisim mitigare
ventris duritiam solvere
humores a cerebro abstrahere
ignem malum extinguere et domare
et cum sit parvum in altum crescere

synapis licet proprium. Et vere istas virtutes supra alias scientias sacra scriptura evangelii et verbum dei optime plenarie vindicat. Licet enim colorem purpureum in devotione contemplatione. Humorem frigidum restringere in viciorum prohibitione. Membra vitalia interiora confortare in bonorum celestium promissione. Duritiam mentis dissolvere in peccatorum confessione. Fluxum passionum restringere et destruere in peccatorum corruptione. Ignem malum passionum et temptationum extinguere in sanctorum predicatione. Unde Augustinus li. ii. de doctrina xpiana c. ult. dicit. Quicquid homo extra id in aliis scriptis didicit, si noxium est hic dampnatur, si utile est hic invenitur. Et cum ibi quisque invenerit omnia que utiliter alibi didicit, multo habundantius inveniet ea que nusquam alibi invenire potuit. Et ideo mito licet et habuit ultimam conditionem, quia et si primo fuit parva in humilitate ad modum grani synapis crevit in quantitate et bonitate. Unde Glossa hic: hec autem predicatio que parva videbatur in principio vel quia cum in toto mundo sata fuerit non exurgit in olera sed crescit in arborem ut etiam alii cum dicunt. Ascendit ut granum synapis seminatum in terra sive agro domini, et de olere mutatur in arborem, cuius natura est altitudine amplitudine annositate herbarum omnium transcendere naturam. Magna est altitudo huius arboris scilicet predicationis christiane que mentem auditorum suorum ad appetenda celestia sustollit. Ex hoc habetur dirimentur quod alie scientie debent servire theologie tanquam inferiores. Si qui autem faciunt contrarium assimulabuntur achab et Iezabel qui vineam sancti Naboth mutaverunt in ortum olerum ut habetur iii Reg. xxi. Sed de hoc quod sequitur quod facit ramos ita ut possint sub umbra eius aves celi habitare est sciendum quod per ramos intelliguntur

Nupla quia totum [?] occupat. Annosa quia non potest finiri

regiones que per predicacionem eorum et verbum dei conuerse fuerunt ad fidem. Sicut exponit Thomas in glosa sua sic dicens Ramos autem magnos facit. nam quidam apostolorum romam Et quidam in india. Et quidam in alias partes terre sunt diuisi super terram Vnde de ista predicacione verbi dicitur sap. xiiii statuet filios suos sub tegimine illius et ramis eius morabitur. scilicet sapiencia. Per aues intelliguntur philosophi antiqui qui viuacitate ingenii naturalis transcendebant et volabant usque ad celum. Sicut socrates apparuit platoni in figura agni in sompnis qui volabat usque ad celum ut habetur in policraton. li. vi. c. iiii. Nam illi philosophi captiuauerunt intellectus suos adherentes articulis et veritati fidei. Etiam per aues intelliguntur contemplatiui homines. quorum intencio est in celis Et ita exponit textum hunc Thomas. dicens. Ipsa super terram predicacio dilatata est et augmentata ita ut celi volatilia. id est contemplatiui homines et alti intellectu et cognicione sub ea habitent. Dum enim sapientes gentilium relinquentes sapienciam suam sub predicacione eorum ewangelica requieuerunt. unde ipsi sciunt predicacio maior facta est. ut bene concludamus. quod eciam que per regnum dei intelligitur ad modum grani synapis. quod cum seminatur crescit in arborem compatiuum ut bene dicatur arbor illa de qua dicitur Dan. iiii°. Ecce arbor in medio terre. Et altitudo eius nimia. magna arbor et fortis. et proceritas eius usque ad celum attingens. aspectus eius usque ad terminos vniuerse terre. folia eius pulcerrima. et fructus eius nimius. et esca vniuersorum in ea. subter eam habitabant alia. et in ramis eius volucres celi conuersabantur. ‖ Et ista optime possunt applicari ad fidem christianam. que in predicacione christi et apostolorum creuit admodum arboris. ut dictum est Et sic patet exposicio huius parabole.

‖ et ex illa vescebatur omnis caro.

Et talibus multis parabolis loquebatur eis prout poterant audire. Thomas exponit sic quod turbe erant in docte a gentibus et consuetis moribus ideo instruit eas per similitudines rerum sensibilium que erant eis cognite Sed ista exposicio videtur contradicere eo quod supra dixit christus apostolis eodem capitulo Vobis datum est nosse misterium dei illis autem qui foris sunt in parabolis ut videntes non videant et audientes non intelligant Ergo videtur

qp iudei non intelligebant parabolas istas Pro honore tamen doctoris possz dici vt michi videtur qp sacra scriptura hoc habz proprium qp sub vna litera continet plures sensus quorum aliqui sunt patenciores et alij magis latentes Turbe vero in parabolis xpi capiebant sensum magis patentem, sensum autem magis latentem non capiebant Et ideo dicitur hic qp non loquebatur nisi in parabolis Seorsum autem discipulis disserebat omnia Et sic hec plebs audiebat sz non intelligebat sensum latentem nec misterium secretum parabolarum Sz soli apostoli quibus exponebatur a xpo Vnde Ioh hic in glo dicit Illi enim erant digni audire misterium in intimo penetrali sapie qui remotis cogitacionibus tumultibus in solitudine virtutum permanebant Sapia enim est in tempore ocij De hoc qp dicitur quia non loquebatur nisi in parabolis Dicit Rbe in glo qp non hoc ideo dictum est qp nullum apertum ad turbas sermonem fecit sed per solas parabolas locutus eis fuerit verum ita pocius quia nullus sermo eius invenitur in quo non aliquid parabolarum sit intermixtum Et dixit eis cum sero esset factum transeamus contra Post quam enim tractauit de predicacione xpi hic redit ad confirmacionem predicacionis sue per miracula Et sunt duo vnum primum in mari aliud in terra In principio huius capituli Miraculum hic factum est tale qp xpus dimisit turbam et discipuli assumserunt eum in nauim et alie naues erant cum eo Et facta est procella magna venti et fluctus venti mittebat in nauim ita ut nauis implebatur aqua Remigius in glo super marcum dicit qp quando xpus premebatur a turbis semper querebat aliquod refugium Et fuerunt tria Nauis Mons et desertum et semper ad vnum istorum trium se retrahebat sicut hic patet Sed quare solum discipulos assumpsit Criso sup Mathum dicit qp hoc fuit ne turbe viderent propter tempestatem eos timere Et eos esse modice fidei iudicassent Ipse erat in puppi nauis super ceruical dormiens Puppis est postior pars nauis iuxta illud Grecismi Prora prior nauis pars dicitur vltima puppis Ieronimus dicit hic in glo suo qp xpus dormiebat ut ondet se cum hua na defectus hue naturae non solum assumpsisse sed contraxisse Sz statim oritur ex hoc dicto duo dubia Primum vtrum fuit conueniens qp istos defectus assumpsisset et videtur qp non quia hec non decent

[Left margin:]
quia
primo describitur xpi et discipulorum nauim
2o mare
turbacio ibi et facta est procella
3o tempestatis sedacio ibi et exurgens
Item primo tria facit primo p[illegible]
X et discipulorum [illegible] separacio [illegible] dicit et ait illis in illa die transeamus
q. scz mare
90

[Right margin:] in illa die

2o post Xpi et discipulorum nauigacio ibi et dimittentes turbam
3o post presentiam aque turbacio ibi et facta est procella magna
Item alius sit tria primo quod dominus esset ibi dormiens ibi et erat ipse in puppi
2o discipulorum exclamacio ibi et excitant eum dicentes

cum assume per quod despectum ab omnibus haberetur ista
videtur nota indu^o in omnibus hominibus. sed per istos
defectus qui contingunt nature humane ipse despectum fuit
hominis sicut ysa. liii vidimus eum. scilicet despectum et no-
vissimum virorum. scilicet primo propter et quasi absconditus vultus
eius et despectus. Unde nec reputavimus eum. igitur non fuit
congruum istos defectus ab eo assumere. Item non fuit
congruum quod assumeret naturam non integram sed multi
defectus sunt qui corrumpunt naturam ut infirmitates passiones
et huiusmodi igitur non fuit congruum quod illos assumeret. Item non
fuit congruum. Oppositum tamen patet per apostolum ad hebr.
ii°. Debuit enim per omnia assimilari fratribus ut misericors
fieret. Item Dam. li. iii°. c. vi°. dicit quod non fuit assu-
tum non fuit curabile. Sed filius dei naturam humanam
assumpsit ad curandum omnes eius defectus. ergo eam debuit
assumere cum omnibus suis defectibus. Rndeo ad qonem et
dico quod aliqui sunt defectus culpabiles aliqui penales. Cul-
pabiles assumere non potuit nec debuit propter suam summam
rectitudinem et perfectionem. Penales vero sunt in multiplici
differentia. aliqui sunt ex peccato primo in qua sunt communes. ut
est cecitas orbitas et huiusmodi istos non decuit assumere.
Alii sunt inducentes ad peccandum et impedientes ad bonum
ut est fomes in appetitu sensitivo et istos non assumpsit.
Unde non assumpsit difficultatem ad bonum nec pronitatem
ad malum. quia nec decuit personam filii dei nec erat expe-
diens ad redemptionem generis humani. Alii sunt defectus
generaliter totam naturam humanam communes. et istos bene
assumpsit et decuit ut in secundo argumento in oppositum per
Dam. dictum fuit. Ad primam rationem in contrarium dico
quod propter defectus communes communes naturam humanam non fuit
habitus despectui sed propter maliciam contrariam et despiciebatur
eum sine causa. Ad secundam rationem dico quod non as-
sumpsit defectus penales qui ex vitio vel casu contrahuntur
particulares ut sunt cecitas orbitas et huiusmodi. sed assumpsit naturam in-
tegram cum defectibus et necessitatibus quibus naturam
humanam generaliter. sicut est necessitas famis sompni et huiusmodi.
et sic ad primum dictum est ut patet per responsionem. Sed de pro-
prietate istos defectus habuit de necessitate nec ita quod non voluntarie

ego

pe sed rone nature istos defectus contraxit qr videtur q sic
quia illud contrahitur quod cum alio trahitur. sz istos
defectus quos assumpsit cum natura humana traxit ergo
eos contraxit / Confirmatur / quia ex principiis nature causatur
cum natura contrahitur Sz isti defectus fames sitis
dormitio et sompnus necessitas cum natura sive ex principiis
nature humane causantur per mutuam actionem et passionem
contrariorum / igitur cum natura necessitate nature co
trahuntur In oppositum est Dam. li. iii. c. xxviii. d. q filius
dei famem sitim et huius cum natura humana voluntarie
assumpsit Item Aug. xiii. de tri. c. xvi dicit q la
bores et dolores et huius defectus hominum venit ex miseriis
originalis peccati. sz xpus non habuit originale peccatum
ergo rone humane pur in eo fuit non contraxit / Ideo
et dico q In aliis hominibus propter peccatum originale
quod quilibet contrahit de necessitate a suis parentibus
etiam de necessitate contrahit istos defectus. s. sitim famem
et alias passiones et necessitates aut defectus Cum autem
xpus non contraxit in parentibus originale nec de
fectus qui generantur natura humanaz rone illius peccati
Sz istos defectus voluntarie et dispensative in sua natura
humana permisit et reliquit / Et per hoc patet ad ras
ones / quia et si in aliis hominibus q necessitate nature
isti defectus trahuntur cum natura et causantur ex principiis
naturalibus illius nature / hoc fit propter hoc q contrahunt
peccatum originale / non autem sic fuit in xpo vt dictum est
igitur zc Unde si deus crearet unum hominem in statu
Innocentie tali quali fuit adam ante lapsum non
credo q illos defectus contraheret necessitate nature Un
Crisos. super Ma. viii. vbi loquitur de ista materia dicit
q voluit dormire ostendens suam humanitatem Et ideo
hoc volens discipulos suos docere. Quid dicam quod dicti
qui cum eo existebant eius gloriam cognoscebant

// de gloria dominice

Et quod q exurgentis poterat ventis imperare credebant
Sz q quiescentis sive dormientis possz navigare Dor
miebat super cervical non pulvinar sz habebat cer
vical ligneum in puppi navis Et excitat eum et dicunt

// pertinet //

Domine non ad te[,] quod perimus idest non ad te pertinet &c. quod dicant ymo[,] quia tu debes et potes nos saluare a periculo mortis[,] quia perire .i. quod desinere esse[,] quia res perit quando cepit non esse. Et ad maiorem euidentiam istius est sciendum quod homo quinquepliciter perire in scriptura dicitur videlicet

- ciuiliter per infamiam et vilitatem
- socialiter per inediam sine infamiam et aduersitatem
- corporaliter per distressiam et infirmitatem
- temporaliter per mortem corporalem
- eternaliter per penam et calamitatem

Primo modo perire dicuntur homines infames quia non recipiuntur [recipiuntur] in testimonium aliarum causarum ut histriones lenones meretrices falsi testes et huiusmodi. Unde prouerbiorum xix dicitur falsus testis non erit impunitus et qui loquitur mendacia peribit[,] quia tales puniuntur pena infamie ut volunt iura.

Ciuiliter

Secundo modo pereunt pauperes et publice mendicantes[,] quia etiam a iure repelluntur ne recipiantur in testimonium. Etiam pro nichilo hic in mundo reputantur unde exemplum luc. xv. de filio prodigo qui totum expendit viuendo luxuriose et dixit pre famis tristicia hic fame pereo[,] et pater videns eum dixit perierat et inuentus est.

Socialiter

Tercio modo perire dicuntur homines in infirmitate et aduersitate positi sicut sap. xviii quia pii participabant mala perierunt.

Corporaliter

Quarto modo perire dicuntur qui moriuntur corporaliter. Deut. xxviii peribit qui inficiatur .i. qui morietur corporaliter.

Temporaliter

Quinto modo hii proprie dampnati in infernum perisse dicuntur[,] quia non est spes reditus. Eccles. v⁰ pereunt in afflictione pessima. Et num. xvi descenderunt in infernum operti humo perierunt.

Eternaliter

Modo ad propositum isti apostoli intelligebant de morte corporali quando dicebant domine perimus. Unde in mat. viii dicitur domine salua nos perimus .i. in periculo mortis sumus. Et exurgens comminatus est ventis et dixit mari tace obmutesce. Glo. ordinaria dicit hic et idem dicit Ouidius in Methamorphoseos li. iiii quod ex commotione maris quidam sonitus exurgit qui videtur quedam maris locutio periculum comminantis. Et ideo dominus sub quadam methaphora tranquillitatem imperat sub taciturnitatis vocabulo. Unde sequitur quod statim cessauit ventus et facta est tranquillitas magna. Glo.

Surge domine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et periculum [illegible] [illegible] [illegible] est et de morte [illegible] est

et [illegible] surge [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]

Et exurgens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 2⁰ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 3⁰ [illegible] [illegible] [illegible]

pulcre dicit / quod sicut rex aliquis potest comminatione viole
tos comprimere et sinis eorum murum populi subiecti in
ticare / ita xpistus qui est universe creature rex eternus co
minatione ventorum cohibuit molestiam et mari
taciturnitatem indixit / Et statim secutus est effectus Et
ait illis Quid timidi estis nec dum fidem habetis
Thomas dicit quod comminatus est discipulis tamquam fidem non
habentibus Et ut dicit Beda hic Recte arguitur quod pure
xpisto timebant / cum utique qui ei adhesit perire non posset
Ex isto textu statim videtur quod timor precedit fidem / Et
fides non est causa timoris / Cuius oppositum dicit Glosa
Jacobi ii super illo / et demones credunt et contremiscunt
Etiam per fidem ondit nobis futurum iudicium quod est ti
mendum / Dicendum dico quod sicut actus intellectus est causa ac
tus voluntatis dispositive quia ostendit voluntati quod est volendum
aut nolendum / sic fides ostendit nobis quod est timendum aut sperandum
sive diligendum / et secundum istum modum fides est causa spei
et dilectionis / Et pro argumento in oppositum sciendum quod est duplex
timor in proposito. Scilicet timor quidam pure pertinens ad vim ap
prehensivam secundum quod ibi apprehensiva versatur circa aliquod
disconveniens ex quo causatur timor dampni vel mali
et talis timor est passio quedam in vi inferiori anime
Et in isto timore nec virtus nec vicium quia inest etiam
brutis / Alius est timor sequens actum intellectus qui ostendit
quid circa eum est timendum / Et iste sequitur fidem per quam
homo credit quid est timendum et precavendum Et hoc primum
timorem habuerunt discipuli / Secundum timorem qui sequitur
fidem habent demones / qui credunt quod deus est eorum
iudex et punitor / et quod finaliter dampnabuntur / et ideo con
tremiscunt / Sed discipuli non habebant in se hoc iudicium
quod xpistus esset deus qui posset eos salvare et dormiendo
et vigilando id est sive vigilaret sive dormiret / Et ideo non
habebant fidem formatam / Unde Thomas in glosa dicit Si
enim habuissent fidem credidissent quod etiam dormiens
posset eos salvare et servare incolumes / Sed post quam
ipse placavit mare tunc istum timorem habuerunt Unde se
quitur Et timuerunt timore magno et dicebant ad alterutrum Et
quod timuerunt timore magno et dicebant ad alterutrum [illegible]
putas iste est / quia venti et mare obediunt ei / Tunc post sequitur

miraculum habuerunt fidem / quia ut dicit Thomas viderunt quod mare iussu suo placavit non baculo ut moyses nec precibus ut helizeus iordanem / nec arca ut Ihesus nave sed per hoc deus eis videbatur Et ideo post timuerunt timore sequente fidem ut dictum est / Hunc beda totum istum textum exponit allegorice et anagogice multum diffuse / Et ut in breuibus reperiam ipse dicit / quod tempestas in sero facta est xpo ascendente in navim et dormiente Significat quod illo ascendente puppim crucis ut somp[ni]um mortis capet. fluctus blasphemantium persecutorum excitati procellis assurgunt / quibus tamen procellis non xpi pacientia turbatur / sed discipulorum imbellitas concutitur / trepidant / periclitantur / Sequitur / excitant enim ne eo dormiente fluctuum feritate pereant / quia eius mortem in derant maris vanis resurrectionem querebant / Et sequitur eo exurgente facta est tranquilitas magna / quia resurrectione celebrata diaboli superbiam stravit / Et iudeorum rabiem mortem suspendo ac de sepulcro resurgendo deiecit / Unde post multa pulcra ad nostram erudicionem concludit / Si huius in nobis fidei lumine obtenebrescat spei celsitudo contabescat amoris flama refrigescat. inter huiusmodi procellas ad illum necesse est gubernatorem recurrat. illum sedulo excitemus qui non dormiat sed nuper veniens mox tempestates compescat refundat tranquilitatem portum indulgeat salutis. Quam nobis concedat ille etc.

Et venerunt transfretum etc. In isto capitulo ut dicunt supra describuntur xpi miracula facta in terra ad doctrine sive confirmacionem Et primo describitur demoniaci sanacio / Secundo emoroisse curacio / Tercio filie archisinagogi resuscitacio ibi Et cum ascendisset Ihesus in navim / Prima dividitur / quia primo ponitur curacio demoniaci / secundo devotio hominis curati ibi Cumque ascenderet Circa primam partem dicitur quod venerunt transfretum maris in regionem ~~terra~~ gerasenorum Est enim quedam regio ultra iordanem et ultra mare thiberiadis Unde beda in glosa sua dicit / gerasa sive gergesei ut quidam legunt est urbs in finibus Arabie transiordanem iuxta monti galaad quam tenuit tribus manasse non longe a stagno tyberiadis. In quo porci precipitati sunt / Et exeunti ei de navi statim occurrit ei demoniacus homo in spiritu immundo. i. habens

Beda

demoniacis

mortis

Porci precipitati sunt Abyssum

Regio Gerazenorum

Lucas. Multis temporibus. Th[eophilus] addit ut quod dentibus ... apparuit ...

Morbus ... / Medici ... / ... tempore ... / et magis ... / eius ... / ... Domicilium habebat in monumentis

spiritu inmundo. Monumenta illa erant hominum gentilium / quia civitas illa habitata erat a gentilibus et qui mortui erant iam erant dampnati / supra quorum animas demones iam habebant potestatem / Et ideo habitabant ubi corpora eorum erant sepulta tamquam habituri supra ea potestatem post finale iudicium. Sed hic est dubium litterale quia Matheus viii et Lucas dicunt quod duo demoniaci occurrerunt christo et Marcus non nominat nisi unum. Augustinus in de concordia ewangelistarum dicit quod secundum veritatem fuerunt duo sed unus erat famosior alio in quo erat legio demonum ut dicetur post. Et quia clarior erat et magis famatus in malo / et etiam quia illo sanato maior fama fuit de eo / ideo a Marco hic iste solus nominatur. Iste domicilium habebat in monumentis et neque cathenis iam quisquam eum ligare poterat / quia totum frangebat et nemo poterat eum domare. Sensus litteralis clarus est. Beda moraliter exponit dicens / homo iste qui vexabatur a spiritu inmundo et vesanus sed mox sanandus occurrit figuram scilicet ipsi gentiles qui usque ad tempora dominice incarnacionis diversis delusus doctrinis ydola pro deo colebant cum domicilium habebat in monumentis / quia in mortuis operibus hoc est in peccatis delectabatur. Quid enim sunt corpora perfidorum nisi quedam defunctorum sepulcra in quibus non dei habitat sermo sed anima mortua peccatis recluditur. Sed cathenis et compedibus scilicet graves et dure leges gentium quibus et in eorum re publica peccata cohibebantur. Ruptis quoque cathenis ut Lucas scribit agebatur a demonio in desertum / quia etiam transgressis legibus ad ea scelera cupiditatem ducebat que iam vulgarem consuetudinem excederent. Item quidam doctor dicit hic quod per istum demoniacum qui neminem per viam transire sinebat ut dicit Matheus viii. signantur certi edificatores / qui homines volentes simpliciter transire committunt in bellum et lites. Quibus bene dicitur per illud Auth. ... tunicam et pallium sustulisti eo quod illos qui simpliciter transibant commiserunt in bellis. Per hoc quod dicitur quod nocte et die erat in monumentis et montibus et clamans concidebat se lapidibus / bene signantur peccatores de quibus dicitur Ecc. xxi quod via peccatorum complanata est lapidibus et ibi collidunt se / quia transeunt de peccato in peccatum donec corruant. Unde sicut dicitur quod peccatores tenentur in cathenati cathena secularis et hominis de prima cathena dicitur Sap. xvii: Una cathena tenebrarum tenebantur

Margin (left): quo[d] — Moraliter

Margin (right): ... Rom... / patri... / ... / ... / et ...

omnes obnoxii Cathena hominis est summus dyaboli sub qua vinciuntur et puniuntur De qua dicitur leuitici xxvi° Ego fregi cathenas ceruicum vestrarum Et tamen isti qui a demonio sic ligantur tamen non possunt quia a malis operibus nequeunt refrenari ymmo sepe disseminent viam huius vite impedium Et ipsi debent facere sicut fecit iste demoniacus qui videns ihesum a longe cucurrit et adorauit eum quia homo peccator debet occurrere christo per contritionem dicente Apostolo · i corinthiorum ix · sic currite ut comprehendatis · Et adorare per deuocionem sicut dicitur // Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo Tercium ad sensum litteralem Gregorius nazanzenus dicit quod cetus demonum qui erat in homine illo parauerat se ad resistendum christo Sed cum appropinquaret et qui potentem sed supra omnia exclamant eminentem eius virtutem // Vnde clamans voce magna dixit Quid michi et tibi ihesu fili altissimi Cirillus in scripto suo super matheum dicit sic · Vide demones duplici passione diuisum audacia et timore · reluctatur et orat · quia quomodo intentatus vult scire quid sibi et ihesu commune erat · q · d · certa de causa eicis me ab hominibus cum sint mei · Beda in quarto suo dicit quod in hoc apparet magna impietas iudeorum qui in nomine belzebub dicunt eum eicere demonia cum ipsi demones nichil tibi eo habere commune fatentur ymmo confitentur eum esse filium dei altissimi Hic secundum quedam glosa que attribuitur Gregorio in moralibus dicit / quod demones aliquando sciebant christum esse filium dei sicut in baptismo et transfiguratione audire poterant vocem patris dicentem hic est filius meus etc et aliquando renouabant in dubium fragilitatem humanam in eo considerantes / Sed de hoc quod ipse demon dixit Adiuro te per deum ne me torqueas // Crisostomus dicit in quarto super matheum quod demones sciunt post iudicium finale grauissime et perpetue inter torqueri / et quamdiu cum omnibus cominiscentur aliquod solacium habere possunt / et ideo dubitabat ne ipse venisset ad complendum iudicium · Et Beda in quarto hic dicit quod hostis humane salutis non exiguum dicat esse tormentum ab hominis lesione cessare Et quibus verbis statim pie elici quod maxima pena demonum quam sentiunt aliquod gaudium quia pluribus doctoribus visum fuit quod non quia sicut plinius vii · celestis c · xviii · delco si sit fortis expellit decem estiam quam sibi contraria

// Ad // Pb.

Tercium

Tertium ad lit[illegible] [illegible]

[illegible]

· L · 2 · c · 16 ·

[illegible]

Beda in glosa

Magnum tormentum est demonum a lesione hominum cessare

quo

quomodo pappetit [illegible]

etiam si sit contingens / ergo consimiliter tristicia sua si fortis ex
pellit omnem delectacionem sibi contrariam / etiam si sit contingens /
Sed tristicia malorum angelorum est multum fortis ergo non
patitur secum aliquam delectacionem nec per consequens aliquod gau
dium / Item leticia in angelis bonis nullam secum patitur
tristiciam ergo nec tristicia in angelis malis sicut sunt
demones secum patitur gaudium / In contrarium videtur illud pro
xiii Desiderium si compleatur delectat animam / Sed demones multa
et mala desiderant et complent ergo in illis delectantur / Confir
matur quia secundum philosophum x ethicorum c. viii philosophia habet mirabiles delectaciones
sinceritate et puritate / Sed demones multum sciunt de philosophia
ergo ibi possunt aliquam delectacionem habere / sicut dixi
supra in ista lectura / Si loquamur de statu demonum prout

Ro
Ante iudicium

sunt adhuc in mundo isto videlicet pro statu ante iudicium dico
quod bene sunt capaces alicuius vani gaudii provenientis ex
eventu malorum / quod sonat Augustinus ix de civitate dei c. 1o demo
nes talibus gaudent qualia boni et prudentes homines
adversantur et dampnant / Et in eodem c. xxvii dicit quod pena
docent turpibus gaudent / Si loquamur de statu post iudicium

Post iudicium

dico quod pena eorum erit ita gravis quod secum nullum gaudium
patietur / quia tunc nulli nocere poterunt in quibus nunc gau
dent / nec iudex simul hic patietur / Sed hic tristicia eorum
non est ita fortis quod expellat omne gaudium quia hic in mundo
non est completa donec post iudicium / Et sic patet ad primam racionem in
contrarium / Ad aliam dico quod non est simile quia boni angeli
ita sunt coniuncti cum divina voluntate sic quod nichil
displicencie potest accidere quia sunt substancialiter gracie complementum

Ante

demones ante iudicium non habent suae pene ultimum nec mali complementum
Et ideo quia demon in vexacione illius nisi hominis
aliquantulum delectabatur / Et si expelleretur haberet displicenciam
ideo rogabat ne per recessum aut expulsionem ab eo tor
queretur / Et ita expresse dicit Cirillus ubi supra quod eius
sionem dyabolus reputabat tormentum / Tunc interrogabat eu
Ihesus Quod tibi nomen est / Legio non ut nesciens nomen

q. d. sufficiat quod in generali tradiccio aufert a me plures mecum demonibus

inquirit Sed ut confessa publice peste qua furens tollerabat
virtus curantis gracior emicaret / Et ex hoc ut ipse dicit moleret
in eccia quod sacerdotes qui per exorcismum contra demones eice
re norunt petunt ab eis nomen et quod velle tam a demonio recognoscat

Theofilus in commento suo dicit quod interrogat dominus non ut ipse sciret sed ut ceteri sciant multitudinem habitancium demonum in illo. Nam si ipse diceret quod multi essent incredibile fieret. Ideo voluit quod ipsi confiterentur quod multi erant. Unde tunc demonium illud inquit: legio michi nomen est quia multi sumus. Et sciendum est hic quod legio dicitur a lego legis quia antiquitus de civitatibus legebantur id est eligebantur qui debebant mitti ad actus militares et est numerus determinatus armatorum in exercitu sicut dicit Ysidorus libro x ethimologiarum. Unde Virgilius viii Eneidos: Omnis per muros legio sortita periculum excubat exercet etc. Continet enim legio sex milia sexcentos sexaginta sex in numero. Et ex hoc quidam doctor hic dicit quod ex hoc sequitur quod in angelis sive bonis sive malis est numerus qui est quantitas discreta sicut ponit philosophus in libro predicamentorum. Quod non credo nam talis numerus qui est quantitas discreta causatur ex divisione continui ut habetur in physicorum. Bene est ibi numerus qui transit omne predicamentum, non tamen sequitur quod sit quantitas discreta. Sed de hoc nichil ad presens quia ut dicit Thomas hic non prodest ad scienciam exquisicio numeri. Et tunc deprecabantur ne eos expelleret extra regionem. Glossa interlinearis dicit ne expelleret eos ex hominum habitacione. Unde Lucas viii capitulo dicit quod illa legio deprecabatur ne eos mitteret in abyssum id est in infernum. Sciebant illi demones quod finaliter detrudendi in infernum ibi perpetuo tormentandi et puniendi. Et ita dicit Christus Matthei xxv et in pluribus locis quia ibi est locus tormentorum qui paratus est ab inicio mundi dyabolo et angelis eius et eciam dampnatis et dampnandis. Sed usque ad iudicium divina ordinacione permittuntur plures eorum habitare in isto aere caliginoso et super terram ut finaliter gloriosior sit victoria bonorum in eorum superacione. Unde Crisostomus dicit Matthei viii super isto passu glose dicit: prememinit enim demones mitti in tenebras exteriores dyabolo et suis angelis preparatas. Permisit tamen eos in hac terra esse ne absencia temptatoris homines corona victorie privarentur.

Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Augustinus de concordia evangelistarum tangit hic dubium litterale. Nam Lucas dicit quod grex porcorum pascebat in monte et Marcus dicit circa montem. Respondet quod nichil repugnat. Nam grex porcorum

Apparet ergo demonum erga homines malicia [illegible] ... [illegible] Job. Et hanc [illegible] ... [illegible] in penam [illegible] ... [illegible]

potuit ee ita magnus qd pars erat in monte et pars circa monte. Et deprecabantur eum dicentes. Mitte nos in porcos ut in ipsos intremus. Remigius super Mr. in scripto suo dicit. Pecco non sponte intrauit in porcos . s. legio sz pecierunt ut eis concederetur ut per hoc bene demonstraret qd non possunt noce hominibus nisi permissione diuina. Et sequitur qd non pecierunt mitti in homines nec in pectora munda quia eis non fuisset concessum. Pecierunt igitur ut in porcos mitterentur quia nullum animal immundius porco ut dicit glo. Per porcos multo peccatores designantur qui sic et al mag

·Porci·

fedit^s

feditatis
ruditatis
vilitatis
infirmitatis

·Ita sunt pecco qndiu sunt in statu sunt quod magne feditatis. quia delectantur in immundis ut sunt luxuriosi. gulosi. qui in delectionibus carnalibus turpiter inpoluunt sic porcus inuoluit se in luto. Unde bene dicitur in ep. Jude. hii sunt in epulis suis macule conuiuantes. ymo ut dicitur ii. petri ii°. sunt quasi sus . i. porcus loca in uolutabro luti. Sunt enim magne

rud^s

ruditatis. quia nec propter doctrinam nec per monitorum aut per scripturas plures eorum non se retrahunt a peccato qui essent sine intellectu velut est porcus. Et ideo dicere bona verba aut predicare talibus est mittere margaritas inter porcos. sicut Mt. vii. dicitur. Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos. Sunt magne

Vili^s

vilitatis. quia sunt plures homines etiam in honestis gaudent tamquam si facta aut dicta sua essent honesta et cum hominibus inhonestis frequentant. Isti bene assimilantur illi misero prodigo qui cupiebat saturari de siliquis porcorum ut Luce. xv. Sunt etiam magne infirmitatis

Infirm^s

quia in se sunt bene infirmi. Et adherentes eis inficiunt et infirmant. Unde sicut in leuitico prohibetur ne quis manducaret de carne porcina ita in nostra lege prohibetur ne quis comedat cum eis. Unde apostolus. i. ad cor. v. dicit non commisceamini fornicariis. aut auaris. aut rapacibus. sequitur. quia nec decet cum eis cibum sumere. ymo ut ille bonus eleazarus qui crudeli morte maluit mori quam carnem porcinam cum gentilibus manducare ut patet i. mach. vi. ca°. Quia in talibus porcis demones habitant. Unde Beda in quodam loco dicit sic. In porcis enim homines immundi figurantur uocis et rationis expertes qui in more superbie pascentes lutulentis oblectantur in actibus. Talibus enim post demonia dominantur non est mos porca vixit non tamen diu habitat peccatum

[P]ostquam demones petierunt quod possent introire in porcos dicitur quod concessit eis ihesus statim Et exeuntes spiritus inmundi introierunt in porcos. Beda exponens litteraliter dicit ihesus permisit quod petebant ut per interfectionem porcorum hominibus salutis occasio prebeatur. Sed hic posset queri contra bedam nonne intrare in porcos est peccatum et dominus nemini precepit male agere ut plane scribitur Eccl. xv°. Item quia domini porcorum in hoc fuerunt dampnificati et sine causa quod est contra preceptum domini in Exodo. Respondeo quod intrare in gregem non est peccatum nisi diabolo. Iterum deus est verior dominus quam erant possessores illorum porcorum. Quia domini est terra et plenitudo eius et in alio psalmo Meus est enim orbis terre Iumenta in montibus et boves. Et ideo ipse tamquam summus dominus poterat facere de creatura sua quicquid volebat. Unde domini illorum porcorum non habebant causam conquerendi. Sequitur Et magno impetu grex precipitatus est in mare ad duo milia et suffocantur. Et quia littera est clara. Beda mistice exponit dicens quod in isto signatur quod iam clarificata ecclesia et liberato populo gentium a dominio demoniorum in abditis sacrilegi ritus suos sacrilegos agunt qui in Christo credere nolunt ceca et profunda curiositate submisti. Postea dicit et bene quod notandum est quod spiritus inmundi nec in porcos ire nisi hoc ipse benignus salvator quos certe in abysso potuit relegare concederet. Et concludit quod instruimur quod si demones non possunt nocere bestiis nisi permittantur a deo multo minus possunt nocere hominibus. Qui pascebant porcos fugerunt et nunciaverunt in civitate et in agros fugerunt ex timore nec mirum Unde etiam illi de civitate venientes videntes illum qui fuerat insanus sedentem et vestitum timuerunt etc. Beda exponit moraliter dicens quod iste qui fuerat insanus modo fit sanus signat hominem a peccatis conversum et sanatum. Unde dicitur sedebat ad pedes domini ~~domini~~ quia vere sanati a peccato fixa mentis intentione vestigia sui salvatoris que sequuntur intuentur. Et tunc vestitus dicitur ~~infirmitate~~ quia quisquis vero corde de admissis penituerit per donatum gratie prima iustitie opera ~~sicut vestimentum~~ et ad maiorem gratiam quam ante habuit. Sed de hoc quod sequitur quod illi de civitate venientes rogabant ut discederet a

Q°.

Mistice
h[ominem] ...
1. ...
2. ...
3. ...

d[omi]ni filium

d[icitur] ... studio ... vestitum ... filii ... ad patrem ... stola prima ... induitur q[uia]

finibus eorum. Si queratur causa quare ipsi hoc petebant Beda expedit se dicens quod conscii fragilitatis proprie presencia domini se videbant indignos. Hoc ponit alias rationes. Prima est quod illi gerasenj propter miraculum quod audierant timebant. Et ideo deprecabantur ut recederet. Alia ratio quia timebant ne aliquid et ipsi talia paterentur. Vel ut dicit timebant ne si demones iterum invenirent eum qui insanus fuerat iterum introirent in eum. Ultra quod hic rogabant ut discederet ab eis, quia contristati erant de perdicione suorum porcorum. Ideo presenciam renuebant salvatoris. Ad nostram erudicionem sciendum quod recessum domini ab eis rogaverunt plures in scriptura et eciam eius presenciam nolle-
runt aliquam.

Discede.

humilitatem indicantes
fragilitatem suam considerantes
ab eo se gravari credentes
suam maliciam ostendentes

Et de istis Beda ponit exemplum magistro suo. De primo in petro de quo dicitur Luce v qui ex humilitate christo dixit: exi a me domine quia homo peccator ego sum. De secundo patet in Centurione qui dignitatem et potestatem in christo considerans dicebat Math. viij. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Tercium patet in muliere samaritana de qua dicitur Regum xvij hic que dicit helie cum se sensit hospicio benedici nichilominus se putavit presencia gravari cum dixit ut patet in Regum xvij. Quid venisti ad me ut rememorarentur iniquitates mee et occideres filium meum. Quartum maxime de istis in pravis et peccatoribus cottidie ostenditur, qui deum a se facto et verbo eiciunt et expellunt. De quibus dicitur Job xxj quare impii vivunt qui dixerunt deo recede a nobis scienciam viarum tuarum nolumus. Ad propositum Jeronimus dicit quod isti gerasenj dicebant christo quod recederet non ex superbia sed ex admiracione. Et tamen si sapientes fuissent eum retinere non a se expellere debuissent. Unde Eccl. viij dicitur: ne festines recedere a facie dei neque permaneas in opere malo. Et Job vj. Erudire filium ne forte recedat anima mea ab ea.

Et ascendens navem etc. Hic describitur hominis sanati devocio, quia gratus de beneficio sibi collato voluit secum manere. Unde cepit deprecari qui sanatus fuerat ut esset cum illo, et non admisit eum, et ille volebat cum eo esse.

estimates se et indignos tanti doctoris presencia; conscii sue fragilitatis sive ad suum usum providere propter eius sustinere non poterant

Nam sicut Ambrosius peccator licet presencia ... capere verbum non potest pondus presencie capere.

Vel ... timebant ... plus ... ne ... quam ... sufferre

4 dicuntur hic 3: Primo devota petitio; 2º prohibitio incongrua; 3º Sanati instructio

significat secundum Bedam quod vere sanatus a peccato in Christi devocione et gratia semper esse desiderat sicut Apostolus qui dicebat Cupio dissolvi et esse cum Christo. Christus vero ipsum non admisit. Hoc fecit secundum glossam Lucam propter horrorem passionis precedentis. Item ne si iste esset discipulus domini et faceret aliquod miraculum sicut alii discipuli demonio ascriberetur. Et ideo dixit ei dominus ut iret in domum suam et nunciaret amicis quanta ei fecerat dominus etc. Sensus ut Crisostomus exponit supra Matheum est quod licet aliis ab eo sanatis dominus preciperet ut taceret, generaliter huic precepit ut annunciaret, quia tota regio illa detenta demonibus sine deo manebat. Sensus moralis quia per domum quam precipitur redire conscientia hominis a deo curati a peccato intelligitur, quam homo postquam curatus est a demonio peccati sepius debet adire et considerare et visitare eam ne forte iterum incurrat illud a quo infectus a deo curatus est. Unde bene de hoc dicitur Ecclesiastici xxxii Precurre prior in domum tuam et illic advocare te et age ~~[illegible] cogitaciones~~ conceptiones tuas. Unde Seneca in libro De ira ante finem dicit quod Sixtus philosophus omni die ante nocturnam quietem interrogabat animum suum quod parte malum tuum sanasti, qua parte melior es. Et ibidem Seneca de se concludit dicens quod in nocte cotidie totum diem meum iam scrutor, facta mea et dicta remetior, nichil mihi ipsi abscondi, nichil transeo. Quare enim quod ex erroribus meis timeam. Et tunc possum dicere: Vide ne amplius istud facias, istud tibi ignosco. Et sic istud est redire in domum suam interiorem sicut Sapientie viii dicebat sapiens: Intrans in domum meam quiescam in illa. Quod nobis concedat facere deus etc. Et abiit hic post obedienciam curati

Et cepit predicare in Decapoli, scilicet sanatus secundum Ieronimum. Decapolis est nomen regionis et dicitur a deca quod est decem et polis quod est civitas, quia in illa regione erant decem civitates. Alii dicunt quod fuit Christus qui abiit et cepit predicare in illa regione. Et ut dicitur post statim quod Ihesus ascendit navim et rursus venit transfretum. Et venit turba multa ad eum. Isti contenta pluries pluries iam exposita sunt supra. Et sicut supra dictum fuit, quandoque post miraculum factum ipse predicabat et tunc ad faciendum miraculum redibat. Et ideo hic econtra redit ad miracula facta per Christum. Et est primum de filia cuiusdam archisinagogi nomine Iayrus qui veniens procidit ad pedes eius dicens quod filia sua in extremis erat

Phil. i.

Ubi nota ut [illegible] [illegible] [illegible] exemplo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Nota quod [illegible]

Et rogabat ut veniret et imponeret manum suam et sanaretur. Matheus dicit quod ipse dicat quod filia sua defuncta erat. Ad hoc dicendum quod evangeliste repetendo dicta aliorum vel aliquorum aliqui repetunt eadem verba, alii veram sententiam. Cum filia archisynagogi laborabat in extremis ut hic dicit Marcus, verumtamen ita propinqua fuit morti quod reputabatur mortua, quia secundum communem modum loquendi dicitur de aliquo quando est prope mortem quod mortuus est, quia que parum distant videntur idem. Et sic locutus est Matheus, quia ut ait Augustinus de concordia evangelistarum iste Jayrus non credebat filiam suam posse invenire vivam quam morituram reliquerat. Thomas dicit quod iste credebat quando procidens supplicavit sibi sed non quantum oportebat quando dixit veni, quia dixisse debuisset dic tantum verbo et sanabitur. Sed hic statim ponit aliud miraculum intermedium factum scilicet ante resuscitationem puelle de muliere emoroissa que patiebatur fluxum sanguinis a xii annis et totum expenderat in medicos nec quicquam profecerat sed magis deterius habebat. Quia forte non erant experti in arte sua vel ut dicit Ovidius inde arte non est in medico semper relevetur ut eger. Crisostomus omelia ix dicit quod quia mulier famosa et nota omnibus erat propter hoc ad salvatorem accedere manifeste non audebat, neque ad eum venire quia immunda erat secundum legem, propter hoc dicitur quod retro tetigit et non ante, quia nec hoc facere audebat nec petere ab eo sanitatem nec tangere. Et ideo tetigit fimbriam vestimenti eius. Et statim siccatus est fons sanguinis eius et sensit quod sanata esset a plaga. Et dicit Crisostomus quod fimbria vestimenti non sanavit eam sed cogitatio i. fides eius. Et statim Jhesus sensit virtutem que exierat ab eo. Non est hic intelligendum quod aliqua virtus existens in ipso migraverit ab ipso extra ipsum sed talis exitus intelligitur per modum cause producentis effectum. In quem dicitur exire inquantum causa relucet in effectu vel forte dicitur quod actio agentis est in passo ut dicitur in physicorum. Et de tali fluxu videtur loqui sapiens sap. vii. De sapientia increata dicitur quod per nationes in animas sanctas se transfert et amicos dei et prophetas constituit, que translatio non potest intelligi quod sapientia increata sit alicubi ubi prius non erat, cum sit ubique semper presens. Sed dicitur transferri in animam quia ibi causat novum effectum. Et quia propter ista miracula hic

[Left margin:]
17 primo ponit miraculum [illegible]
2o Jayri [illegible]
curato [illegible]
abiit cum illo
3o ponit miraculum [illegible]
ibi [illegible]
[illegible]
Miraculum
intermedium
3 describitur
primo [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

[Right margin:]
2o Jayri [illegible]

facta a xpo et propter talia etiam de quibus textus facit
mencionem posset dubitari utrum xpus ista miracula
faciebat virtute divinitatis tantum aut virtute humanitatis
aut utriusque simul. Et videtur quod virtute divina solum. Nam leo
papa in epistola ad flavianum dicit sic cum in xpo sint due
nature una earum scilicet divina que fulget miraculis altera
scilicet humana ad succumbendum iniuriis, igitur sicut se habet natura
humana ad succumbendum iniuriis ita se habet divina ad agen-
dum in miraculosis. Sed sola natura iniuriis succumbit
quia talia pati repugnat divinitati ergo sola natura divina
agit in miraculosis. Et confirmatur per illud ps. c. xxxv. Qui
facit miracula magna solus scilicet deus. Contra videtur hic
in textu quia per tactum corporis sanata fuit mulier e-
morroissa a fluxu sanguinis. Et infra vi° c. dicitur
quotquot autem tangebant eum salvi ~~facti sunt~~ fiebant
Si igitur talis tactus nichil faceret frustra adhiberetur quod
non convenit ipsi xpo frustra agere. Sed tactus ille pertinet
ad humanitatem solum, igitur virtute humanitatis faciebat
xpus miracula. Pro istius questionis solucione videbitur primo
qualiter et qua virtute sancti viri vivi aut defuncti quorum
miracula scripta sunt in illis operati fuerunt. Secundo
qualiter xpus ut homo in eis operatus est. Circa primum
advertendum est videlicet quod miracula fieri non possunt sine aliqua
virtute tamquam principali agente que est divina virtus, quia
operacio miraculosa totam facultatem virtutis create excedit.
Similiter advertendum est quod sancti viri ad miracula possunt operari
meritorie, quia sepe ad preces eorum multa mirabilia
a deo fiunt, sed dubium est utrum isti sancti in illis mira-
culis operati sunt per aliquam virtutem in eis existentem non
quia illa sit principalis racio agendi miracula sed tantum instrumentalis
ut sic vel miraculis deus esset principaliter agens sancti viri tamquam
instrumenta quedam. Et istam questionem reliquit Aug. inso-
lutam li. xxii° de civitate dei ubi enarratis multis mira-
culis de reliquiis prothomartiris stephani dicit sic sive deus
per se ipsum miro modo quo res operatur eternus sive per suos
ministros faciat ista sive quedam faciat etiam per martirum
spiritus sive per homines adhuc in corpore constitutos sive per
angelos quibus invisibiliter incorporaliter operatur ut que per
martires fieri dicuntur eis orantibus et impetrantibus sed non operantibus

fiat nullo modo mortalibus quod possint. Beatus Gregorius libro
ii° dyalogorum istud magis declarare videtur. Unde dicit: Sic
qui devota mente Deo adherent cum rerum necessitas
exposcit exhibere signa in utroque solent ut mira quedam aliqui
faciant aliquando ex prece concessa illis a Deo. Et istud Gregorius
ibi probat ratione et exemplo. Racio est talis: cum concedi quod
est maius non est mirum si concedi quod est minus. Sed maius
est filios Dei esse per adopcionem quam facere miracula. Quia
primum solum concedi bonis et hiis facere miracula aliquando
concedi malis sicut patet Mathei vii°. Quod boni soli fiant filii
Dei patet Johannis i. Dedit eis potestatem filios Dei fieri qui credunt
etc. Exemplo probat de Petro qui suscitavit Thabitam orando
ut habetur Actuum ix et Ananiam et uxorem eius subita mor-
te tradidit absque oracione solo verbo eorum culpam increpando
et videtur fecisse ex quadam sibi concessa a Deo tanquam
instrumentum divine iusticie. Ad hoc videtur facere quod communiter de gracia
gratis data et gracia gratum faciente secundum quod dicunt aliqui
nichil ponit in anima reale. Tamen gracia gratis data secundum omnes
quid reale ponit in anima, ubi gracia que est sermo sapiencie et
sciencie, gracia linguarum et prophecia et talia de quibus loquitur
Apostolus prima ad Corinthios xii ponunt aliquid de anima et similiter
gracia sanitatum apud virtutum id est miraculorum que ponitur
gracie gratis date dicunt aliquam virtutem in anima existentem. Sed
dicunt aliqui quod ista virtus aut gracia sive potestas faciendi mira-
cula non est aliqua virtus mansiva per modum habitus sed
per modum passionis transeuntis sicut est prophecia. Propter quod
tales non possunt facere miracula nec prophetare quocumque
volunt. Quicquid sit de conclusione, racio tamen Gregorii
non valet, quia virtus faciendi miracula data homini non est
causa principalis sed ministralis, et ideo non potest aliud facere
nisi non movetur a causa principali que est divina virtus. Ideo
[illegible] satis apparenter ab aliquibus de sanctis nove legis
quia dicunt quod efficiunt quod fiebant tanquam instrumenta divine
virtutis agendo ad introduccionem gracie vel saltem disponendo
ad ipsam. Et multo forcius videtur quod in aliquibus sanctorum virorum
defunctorum vel vivencium possit poni aliqua virtus divinitus
eis concessa licet possint tanquam instrumenta a divina virtute
mota facere miracula eo modo quo dictum est. Et ex dictis
potest patere quid dicendum de humanitate Christi que est organum

seu instrumentum coniunctum ipsi diuinitati sicut manus instrumentum
et propinquius / homines vero quantumcumque sancti non sunt ita
coniuncti diuine virtuti / et ideo sunt instrumenta diuinitatis separata
et adhuc plus sunt separata sacra ecclesie. Instrumentum vero co
niunctum magis participat efficaciam agentis principalis quam separatum
Et ideo talis virtus operandi miracula efficacior erat in huma
nitate xpi quam in quocumque alio. Tunc ad rationem primam quando
dicitur quod sicut se scilicet humanitas vel iniuriando etc. dicendum quod
bene in isto est simile quod diuinitas est principium sustinendi
iniurias / Quoad secundum non est simile / quia diuinitati omnibus
modis repugnat sustinere iniurias humanitati xpi non
repugnat omnibus modis facere miracula. saltem tamquam
agens instrumentale ut dictum est. Item. propter unitatem suppositi
fit communicatio ydiomatum. Unde sicut ista est vera deus passus
est ita ista est vera demonstrato xpo iste creauit stellas
suscitauit mortuos et talia huius. Ad illud ps. tu es so
lus qui facis mirabilia etc. dicendum quod unum est principale vel ly
solus non excludit humanitatem xpi eo modo quo dictum est
Et sic intelligendum est. vel aliorum sanctorum / quia deus est
solus principale agens alii tamquam instrumenta diuine virtutis et
sic dictum est de ista questione. Modo redeamus ad expo
nendum textum / primo secundum litteralem sensum secundo mistice et al
legorice. Unde quod xpus petit quis tetigit vestimenta mea
Dicit Beda non ut ipse qui nesciat vocem interrogat. sed
ut virtus quam bene nouerat primo quam ipse dederat in muliere
declaretur. Et declarata agnita quod virtute fidei multi ad salu
tem perueniant. Thomas dicit quod hoc petit propter duo videlicet ut
fidem mulieris appareret / et ut Archisinagogus ad confide
nciam firmaretur quod etiam filia sua sanaretur / et dicit etiam
quod quia mulier timebat quod furata fuerat sanitatem / time
bat ne ipse male contentaretur / ideo petit in publico ut
eam de sua sanitate assecuraret. Discipuli autem dixerunt
uides turbam te comprimentem etc. Et ipse circumspiciebat ut videret
qui hoc fecerat. Et tunc mulier timens et tremens venit et
procidit ad pedes eius et dixit omnem veritatem. littera est clara
Et dixit ihesus filia fides tua te saluam fecit vade in pace
et esto etc. In historia tripartita li. vi. c. xli legitur quod ista mulier
sanata in cesarea philippi ob reuerenciam xpi ibi fieri fecit
unam ymaginem ad similitudinem xpi. quam cum inueniret Julianus

Hystoria tripartita

Apostota eam deposuit et suam ymaginem ibi collocauit que
fulmine icta fracta est. Statuam xpi paganj trahentes con
fregerunt. sed post xpiani collegerunt et in ecclesia posuerunt
que ymago ut dicit Eusebius omnium egritudinum dicitur esse
medicamentum. etiam iuxta ymaginem herba crescit omnibus
medicinalis. Theos in quodam suo pulcre dicit allegorice expo
nens. Emorroissa sanguine fluens erat natura humana que
peccato primorum parentum turpiter polluta fuit et quasi sanguine
fluens quia peccatum eorum per totam successionem humanam fluxit
Unde Osee iiij. dicitur sanguis sanguinem tetigit per san
guinem peccatum intelligitur. Iuxta illud psalmi Libera me de
sanguinibus etc. Et bene tunc verificabatur illud Eze.
vij. Terra plena est sanguine. nec a medicis curari poterat
Medici huius mundi fuerunt doctores legis et prophete sed per
hos natura humana curari non valuit. Venit enim xpus in
mundum humanitate vestitus et naturam sanauit. sicut ipse
dixerat per prophetam Ezechielem xvj. Laui te aqua et mundaui
sanguinem tuum. Unde dicit Theos. Dum enim credit filium
dei incarnatum hic est qui vestimentorum fimbriam tangit. Et
mulier retro venit etiam exeuntibus signat. quia presentem
in carne dominum non videns peractis iam sacris incarnationis
illius ad fidem eius gratiam peruenit. sic que de participatione
sacramentorum eius sanari meruit a peccato quasi tactu vestimentorum
sui sanguinis siccauit. Sed quia super eo quod dixit xpus fi
des tua te saluam fecit. Dicit quedam glosa in margine
[illegible] hic multum opus meritorum sed credidit xpum eam posse sanare
et sanata fuit. Ex quibus verbis oritur dubium. Utrum actus
fidei si desit opera sit meritorius sed [illegible]. Et videtur quod sic per istud
quod dicitur est. et apostolus ad Heb. xj. Sancti per fidem ad
epti sunt repromissiones et ad Ro. iij. Arbitramur hominem
iustificari per fidem. et in multis locis scripture hoc dicitur
Oppositum tamen dicitur Jac. ij. ubi dicitur quod fides sine operibus
mortua est. et ibidem probatur quod Habraham non ex fide
sed ex opere iustificatus est. et concluditur ibi quod sicut corpus
sine spiritu mortuum est. ita fides sine operibus. Dicendum quod nullus
actus est meritorius nisi inquantum procedit a libero arbitrio
moto a deo per gratiam. et ideo omnis actus liberi arbitrij
si sit relatus in deum meritorius esse potest. Cum igitur credere sit actus
liberi arbitrij si sit motus a deo per gratiam. id est si sit informatus
caritate que est forma fidei potest meritorie et sine alio opere

divinitate

fecerat

90

est intrinsecus/ quia tamen huius cognoscitiva per actus et
actus per opera ideo opera bona ostendunt quod procedunt
a tali habitu scilicet a fide viva non mortua et sic opera bona
sunt consignia fidei bone unde Iac. ii° Nonne dicatur tu habes
fidem et ego opera ostende michi fidem tuam et ego ostendam
tibi ex operibus fidem meam. Et sic correlarie elicio primo
quod actus fidei caritate informatus sit simpliciter intrinsecus. Secundo
quod ex operibus bonis fides manifeste ostenditur et probatur
et sic patet ad rationes utriusque partis ut patet intuenti. Super
hoc quod dicit Vade in pace exurienti de qua pace intelligitur
quia in scriptura invenitur pax triplex scilicet.

Sophistica que est fugienda
Ethica que est inquirenda
beatifica que est appetenda

Prima consistit in habere pacem cum mundo et carne cum dyabolo. Sed
isti zophistici decipiuntur quia qui credunt habere pacem cum mundo
stabilem et firmam illa est fallibilis et instabilis quia in
morte totum perdunt Unde Eccl. xli dicitur O mors quam amara
est memoria tua homini iniusto et pacem habenti in substantia sua.
Deliciosi credunt pacem habere cum carne et non habent quia
sunt in maxima guerra quia multi sunt qui corpi sunt
ut dicit Seneca Unde Eze. xiii Vident visiones pacis
et dicunt pax pax et non est pax eis. Qui credunt habere
cum dyabolo decipiuntur quia proditorie malis dyabolus promittit
bona ut faciat mala ut eos finaliter perdat Unde ps. Zelavi
super iniquos pacem peccatorum videns. Et istam pacem non
venit Christus mittere in terram sed tollere Mt. x Nolite arbitrari
etc. Secunda pax inquirenda est pax moralis que consistit
in habere pacem ad seipsum ad proximum et ad deum. Ad seipsum
quia mali non habent pacem in consciencia sua sed semper est
titillacio et remorsus consciencie, ergo boni quiescunt sicut dicit
apostolus Ad Ro. ii° gloria et pax omni operanti bonum. Ad proximum
debemus quisque habere pacem sicut ii Cor. xiii de pacem habete
et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Ad deum quilibet
querere ut habeat pacem suam ideo orabat apostolus ad Gal
iiii pax Christi exultet in cordibus vestris etc. Et istam pacem
Christus venit ponere in terram in sua incarnacione quia iusticia
et pax osculate sunt Luc. i Gloria in excelsis deo et in terra
pax hominibus. Ysa. lii Quam pulchri sunt pedes sermones annun-
ciantis et predicantis pacem. In Nativitate sua

Pax zophistica
Pax ethica
Luc. 12
seipsum
proximum
deum

predicacione sua De natiuitate dicitur ps. oritur diebus
passione sua eius iusticia et habundancia pacis
resurreccione sua Et in sua passione eph. ii ipse est
ascensione sua pax qui fecit vtraque vnum s. nos
reconciliando patri Et in sua resurreccione fecit pacem, quia in principio
apparens discipulis primo dixit pax vobis etc. De sua ascen-
sione vnde dicitur cant. viii quod sunamitis dicebat sponsa sum
coram ipso quasi pacem repiens. Vnde et testamentum de pace fecit. Jo-
hannis xiiii pacem meam do vobis pacem relinquo. Istam pacem
volebat quod mulier haberet, cum dicebat vade in pace s. consciencie

s. Visita

bone et habeas pacem cum proximo et cum deo. Pacem vero
beatificam dabit dominus bonis et his finaliter qui verificabitur
illud ysa. xxxii. Sedebit populus meus in pulcritudine
pacis et in tabernaculis fiducie et requie opulenta etc.

Vnc sequitur in textu quod eo loquente venerunt famuli
archisinagogi dicentes filia tua mortua est et
quod non vexaret magistrum. Sicut dicit beda et bene isti
non credebant quod christus posset eam suscitare, licet crederent
quod infirmitatem posset sanare. Et nomine vocant eum magistrum
quia ipse est verus magister summus et solus. Vnde Joh. xiii

s. Magister

dicebat ipse Vos vocatis me domine et magister et bene dicitis
sum etenim. Et Mt. xxiii nolite vocari rabi vnus magister est
vester. Et bene vnus quia solus ipse nouit omnia. Mt. xxiii

pura

et ipse dedit nobis sciendi puram quia dat nobis hoc lumen
racionis quo discere possimus que scibilia a nobis sunt. Mt.
xxii bene dixisti quia vnus est magister. Etiam docet nos vera

Vera

sicut bonus magister facit. Mt. xxii Magister scimus
quia verax es et viam dei in veritate doces. Etiam

Necessaria

docet nos que nobis sunt ad salutem necessaria. Ideo bene pe-
tebat ille de Mt. xix magister bone quid faciam vt habeam

Vtilia

vitam eternam. Etiam docet proficua et bona non truffas
nec vana. Vnde quando iudei petebant magister quid faciemus
respondit eis nichil amplius quam constitutum est vobis faci-
atis. Et ideo debemus vt boni discipuli sequi eum magistrum
possimus, quia vt ipse dicit lu. vi perfectus erit omnis si sit
sicut magister eius. Statim ait christus archisinagogo noli ti-
mere sed crede est sciendum de hoc quod dicit noli timere sed crede quod non causaret
quod et hoc videtur quod fides qua credimus non causaret
timorem sed pelleret eius oppositum supra in ca. precedenti quod fides

timor pellit fidem

[illegible]

Timor

est causa timoris Et ad maiore[m] istius euidenciam est sciendum q[uod] sicut dicit Glo[sa] super illo Inicium sapie[ntie] timor domini duplex est timor. Unus qui dicitur filialis Alius q[ui] d[icitur] s[er]uilis sicut Greg[orius] diffusius exponit istud xxxiiii Mor[alium] c[apitulo] xxiii sic d[icens] Aliter

S[ecun]d[u]m [ali]ter enim timet q[uod] virgo uxor amatis Aliter timet d[omi]n[u]m ancilla cr[u]d[e]lis. Vn[de] et filius timet patrem ex amore filiali Ita ut tenet eius voluntatem nunq[uam] in aliquid faciat Seruus timet et se abstinet a malo timore dampni aut pene

Et si nos loquimur de isto timore seruili d[icendu]m q[uod] p[ro]prie loquendo iste timor non est nisi quedam passio existens in irascibili pot[enci]a a[nim]e proueniens ex apprehensione obiecti disconuenientis aut tristabilis / quia malum est obiectum timoris ut h[abetu]r i. iii. ethi[corum] in p[ri]ncipio ca[pitulo] de fortitudine ubi dicit ph[ilosoph]us propter quod determinant .i. diffiniunt timorem expectacionem mali / timemus quide[m] mala utp[ote] mala opinione / inopiam / egritudinem / inimiciciam / mortem / et fides est causa timoris mi[hi] dicit quod timendum est q[uia] deus est iudex et punitor malorum Et tamen caritas foras pellit istum timorem / quia non facit bonum solum ut vitet contrarium s[e]d ut acquirat amore[m] domini / maxime si sit perfecta / sicut dicitur p[rim]a Joh[annis] iiii perfecta caritas foras mittit timorem Et de isto timore loquebatur domin[u]s d[icen]s h[ic] noli time[re].

Filialis

Timor filialis qui dicitur castus et sanctus est unum de donis sp[irit]us sancti qui stat cu[m] cari[tate] ymo est caritas mag[is] que est causa sapie[ntie] fidei / et sicut dicitur in ps[alm]o et eccl[esiastic]i i. Inicium sapie[ntie] timor domi[ni] / Et Job xxviii dicit timor domi[ni] ip[s]a est sapiencia / quod est verum / quia completur in dono sapie[ntie] sicut eccl[esiastic]i plenitudo sapie[ntie] time[re] deum et recedere a malo / Quia timor dei est sapiencia talis non for[mali]ter et sic timore dei sequitur sapiencia sicut dicit Greg[orius] ubi s[upr]a. Si times deum sap[ienci]a plenus es / et de isto timore non intendimus / quia homo non potest habere fidem formatam sine caritate / quia caritas est forma fidei / h[abe]n[tes] fidem informem stat cum timore s[er]uili / quia demones credunt et contremiscunt / quia credunt fide informi et timent timore seruili Et ideo de isto dicebat xp[istu]s noli time[re] s[ed] crede Et tunc non admisit aliquem sequi eum nisi petrum Jacobum et Johe[m] [illegible] dicit q[uod] in hoc ipse o[stendi]t quia cu[m]

Vel per. Noli time[re] [illegible]
[illegible]

[illegible]

Unde ... opus miraculis ... gloria dei ... aliqui fuerunt publice miracula sicut patet in lazaro ... et ... dicitur ... dei ... et talibus ... quaerunt gloriam dei

Unde et dicitur ... publica ... ut magis ... miracula et gloria dei ...

discipuli erant ordinandi ad faciendum miracula quod in aspectu hominum ad ostentationem illa[m] [illam] non facerent. Et idem dicit Theophilus. Et intravit domum archisinagogi et vidit tumultum et flentes et ait Quid turbamini et ploratis non est mortua puella sed dormit et irridebant eum. Beda dicit hic quod puella mortua erat hominibus qui eam resuscitare nequiverant. Deo tamen dormiebat in cuius dispositione et anima recepta vivebat et caro resuscitanda quiescebat. Unde et mos christianus obtinuit ut mortui qui resurrecturi esse non dubitantur dormientes vocentur. Sicut dicit Apostolus i. epistola ad Thess. iiii. Nolumus vos ignorare de dormientibus fratres ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Sed quare sancti viri dormire dicuntur in morte sua sunt multe rationes que sunt posite supra iii capitulo. De hoc quod irridebant eum sciendum quod propter iiii irrident bonos ex

Irride

sua malicia
~~sua malicia~~
sua invidia
sua superbia
sua stulticia

Primo irrident mali sicut vivus qui nescit ita bene operari sicut bonus artifex deridet opus illius et detrahit artifici bono. Unde Tob. iii. Ne optas iniquitates eorum et peccata eorum non deleantur quia irridebunt edificantes id est bene operantes. Secundo irrident ex invidia sua sicut contingit quod homines qui sunt in honore positi ex nimia sua aliquid irridentur a minoribus et tales magis irrideri debent. Prov. iii. Abhominacio est omnis illusor. Tercio modo irrident divites pauperes et minores. Contra quos dicitur Ecclesiastici vii. Irridens in amaritudine anime sue. Sic irridebat Nichanor sacerdotes domini in monte Syon ut dicitur i. Mach. vii. Quarto modo ut sepe videtis irrident fatui prudentes homines. Unde Tob. ii. dicitur quod parentes et cognati sui irridebant eum. Sancti viri econtra irrident malos et merito quia digni sunt irrisione propter suam maliciam et propter suam stulticiam. Unde propter primum sancta illa mulier de qua dicitur ii. Mach. vii. quod irridebat crudelem tyrannum qui sine causa filios occidi faciebat. Etiam de ii. dicitur quod qui comedunt panem illius irridebunt eum. Eccl. xx. Igitur non est mirum si iudei irridebant Christum miracula facientem ex mali eorum stulticia. Christum in cruce pendentem multi irridebant et dicebant Vach qui destruis templum dei etc. Sed ipse in fine irridebit eos. Ipsos condemnando. Sicut dicitur in psalmo Qui habitat in celis irridebit eos etc.

Mal
Invi
Supb
Stult

ps:

et in alio de peccatore dicitur dominus autem irridebit eum quoniam prospicit quod veniat dies eius scilicet dies iudicii quando peccatores tradentur in irrisionem vniuersis ut dicitur eze. xxvi. Unde sequitur quod dominus istos irrisores eiciat sicut prouerbiorum xxii. dicitur eice derisorem et exibit cum eo iurgium / Dicit beda foras turba eicitur ut puella suscitetur quia nisi prius a secretioribus cordis expellitur importuna secularium multitudo curarum anima que intrinsecus iacet mortua non resurget // Et tenens manum puelle ait illi thabita cumi / quod est interpretatum puella tibi dico surge / hic sunt aliqua notanda / Nam Beda morgonem thabita cumi in syro simone quem posuit non plane est dictum quoniam puella surge / quare igitur expositionem / tibi dico et videtur quod hoc fuit ad exprimendam vim diuine iussionis nam ut dicitur fallere vir eximius hec autem apostolus cum de veteri testamento testimonia assumunt magis sensum posuerunt pone curare quam verba / Etiam sciendum hic quod hic thabita cumi / sunt due dictiones hebraice quarum prima est nomen scilicet thabita secunda verbum scilicet cumi / Et est nomen commune scilicet thabita et nomen proprium quod thabita sit nomen proprium patet actuum ix. c. vbi dicitur quod in Joppe erat quedam discipula nomine thabita / Etiam est nomen commune quia interpretatur puella. Et eximius tamen accepit nomen commune vel forte illa puella que fuit suscitata vocabatur thabita / et confestim surrexit et ambulauit / Glosa ambulacio eius non solum suscitata sed perfecte sanata ostenditur / Erat enim annorum xii. et obstupuerunt stupore magno et precepit sine iussit dari illi manducare / hoc fuit ad placem vere veritatis / sicut et xpus post resurrectionem ad probationem sue resurrectionis cum apostolis manducauit ut dicitur luc. xxiiii° / Unde Beda in glosa dicit ad testimonium quod veraciter dari puelle manducare precepit ne non veritas sed fantasma quod apparebat ab incredulis putaretur / Sed si quis a spirituali morte surrexit celesti necesse est mox pane saciari et dum scilicet verbi et sacramenti sancti altaris participes sit effectus. Beda. hic facit magnam distinctionem quomodo xpus suscitauit tres mortuos filiam istam in domo / iuuenem extra portam luc. vii° / et lazarum sepultum Joh. xi°. per puellam mortuam signatur peccator qui in voluntate et proposito peccandi manet / Sed in mente peccat / per iuuenem extra portam iam portatum signatum peccator qui iam usque ad actum exteriorem processit / per lazarum

:: Glo ::

// Sed cum sit quod domini irrisores orationis spernit. ad quod sicut incursum sine scelere vllo colligitur. Sed contra dicitur integre quod blasphemus turpem est includere nostra fidem pro fidelibus in honorem / ut dicit Augustinus de ciuitate dei. li. x c. 22. quod ille diceret Augustinus in opusculo / Augustinus varios quod dicitur multa quam non quo nullo modo sicut ne appeteret. / Epistula gregorii quod in istam per tractatum quod parentibus clandestine contra quod figuram Mortis post dum dicitur / ipsum in Augustinum fidem nec sit impossibile declarandum. Item quoniam perfectum / 24. deffendere fidem nec sit simpliciter perdendum per errorem perfectum.

cum tamen / fratriarche / Mal / Inui / Supl / Stult / Vitas / resurrectione

L. x. c. 17.

sepultum signatur peccator in consuetudine peccati iam quasi putrescens. Et ita dicit Gregorius in libro moralium istud tractans. Et sic terminatur summa quinti capituli.

Et egressus inde abiit in patriam suam. Sic in figura dicitur Exodi xxxix quod extrema parte tunice sacerdotis erant mixta mala punica tintinabula, sicut eciam tractatus huius post miracula Christi intexuit de doctrina eius. Et dividitur hoc capitulum in vii partes. In prima agit de doctrina predicacionis et indignatione emulacionis contra eum. In secunda de missione discipulorum ibi Et convocavit. In tercia de morte Johannis baptiste, et audivit Herodes. In quarta de reditu discipulorum ad Christum ibi Et convenientes. In quinta de refectione quinque milium hominum Et accedens. In sexta de liberacione discipulorum a temptatore maris ibi et statim coegit. In vii de generali sanacione egrotorum tactu tangencium etc. Cum transfretassent etc. In prima dicitur quod egressus inde, scilicet de terra Gerasenorum abiit in patriam suam et sequebantur eum discipuli sui. Patria sua erat Nazareth in qua fuit nutritus licet est clara. Cum ibi facto sabbato in synagoga cepit docere et admirabantur super doctrina eius.

Patria / Christi seculi habitatio / Paradisi possessio

Cum ad nostram erudicionem est hic notandum quod est duplex patria, scilicet huius seculi habitacio. Seneca ad Lucillum epistula ix dicit: patria mea totus mundus est. Et secunda patria est paradisi possessio. Sed certe magna differencia est inter istas patrias quia patria ista, scilicet mundi, ymmo et quelibet patria terrestris est plena servitute, calamitate, dubietate, habitatur in brevi. Primo sit plena servitute. Gregorius in moralium libro xxiiii plane dicit ibi nullus habitat qui continua servitute et passionibus dimisit non lugeat.

1. Servitus

2. Calamitas

Eciam repletur calamitate. Idem ut dicit Bernardus in sermone In ista patria est malicia plurimum, scilicet sapiencie modicum, omnia ibi viciosa, omnia lubrica, omnia operta tenebris et obsessa laqueis, ibi periclitantur anime, affliguntur corpora, omnia vanitas et afflictio spiritus.

3. Dubietas

Eciam est plena dubietate quia ibi sunt pugnare, ibi nulla securitas quia omnia transeunt velud umbra, nec ibi est fides quia in patria sua nullus honoratur Johannis iiii et in isto capitulo et Christus xiii. Quarto patria ista sive mundus iste habitatur in

4. Brevitas

brevitate. Probatum quod sapientes viri habitacionem huius mundi non pro patria, sed pro quodam diversorio habebant, sicut plane tractat Tullius in fine libri De senectute. Unde concludit discedo ab hinc tamquam ex hospicio non tamquam domo commorandi enim natura diversorum dedit nobis habitandi non patriam. Et in sompno Scipionis dicit.

et Augustinus dicit urbis dei libro 3. 8

Cass. li. va 1 c 21. Viventium patria sua amor est ... [illegible] salutem fore ... ubi quis ob ... [illegible] ... Tulius li. de officiis primo. Sed cum omnia ratione lustraveris omnium societatum nulla est gravior nulla est carior quam ea que cum republica. Cari sunt parentes cari liberi propinqui familiares sed omnes omnium caritates patria una complexa est pro qua quis bonus non dubitet mortem oppetere si ei sit profuturus.

Et multo ... [illegible] ... patria ... Philippus

quomodo pater eius sibi in quiete .i. sompno dicebat quod
hic non est proprie nostra patria. Nichilominus quia quodam
primus habitamus quasi in patria nostra pro vita corporali
sustinenda. Et ideo quodammodo naturaliter diligimus patriam sive re
gionem in qua corporaliter nati aut nutriti sumus, quamvis homini
forti omne solum est patria ut dicit Seneca in de remediis
fortuitorum. Unde Hugo de sancto Victore in didascalicon libro iii
c. xx recitans verba Ovidii libro de ponto: nescio qua na
tale solum dulcedine cunctos ducit et inmemores non
sinit esse sui. Unde quasi naturaliter inclinamur ad defensionem
eius sicut dicitur in Cathone: pugna pro patria. Et philosophus in
ethicorum c. xiiii dicit quod mos optimus decertari pro patria.

Unde et Judas machabeus li. i. c. xiii hortabatur suos usque ad mortem decertare pro patria.

Propter tamen causas supra positas viri sancti mundum istum
ut iam dixi non pro patria sed peregrinacione quadam ha
beant. Unde Hugo ubi supra concludit quod perfectus tamen
mundus non patria sed magis exilium est. Et beatus
Augustinus super 1o psalmo In die tribulacionis exclamavi dicit quod mun
dus iste est quedam peregrinacio, paradisus ille est nostra
patria. Unde concludit: cui ista peregrinacio dulcis est
non amat patriam scilicet paradisum. Unde valde deceptus
qui sibi bene esse putat dum peregrinatur. Ideo quia ibi
supremus est nostra patria ut dicitur in sompnio Scipionis prope
principium. Nos tamen fervore desiderii debemus eam querere
et ad eam anhelare quia ibi est habitacio totius
Securitatis, Bonitatis, Caritatis, Felicitatis, sicut dicit libro xxii de Civitate dei prope finem.
Unde Ciprianus libro de Moralitate capitulo
vi de ista patria sic dicit: Patriam
nostram paradisum computemus, parentes
patriarchas iam habere cepimus. Quid non properamus ibi currimus
ut patriam nostram videre et parentes nostros salutare
possimus. Magnus ibi nos carorum numerus ex
pectat, parentum fratrum filiorum frequens nos et copi
osa turba desiderat iam de sua incolumitate secura,
adhuc de nostra salute sollicita. Ad eorum conspectum
et complexum venire valeamus ut sit illis et nobis
communis leticia. Non loquitur intelligit de patria terrena
in qua venit docere ita quod admirando dicerent: Unde

ad quam abiit xpus ... [illegible] ... et factus ... [illegible] ... audientes ... [illegible]

Philippus de Pergamo in speculo Regiminis pte 1 ... 18
... [illegible] ... patria ... [illegible] ...
... [illegible] ...

Sapiencia

huic h° oia Et que est sapia que data est illi et v̄tutes quales per manus eius efficiuntur Sz de hoc q̄ isti iudei petebant que est sapia ꝛc. est inquirendū. quia inueni⁹ quadruplex sapia videlicet Sapiencia

Tpalis

Temporalis
Carnalis
Intellectualis
Spiritualis

Prima sapia est qua agibilib⁹ hō bene se hz Et tunc idem est q̄ prudencia et sepissime in scriptura sac̄ vnum accipit⁹ pro alio quia pruden̄ est virtus que est c̄ca agibilia vt h̄etur vi. eth̄ Et est ē bonū hominis ꝛ bn̄ viuere hominis. vn̄ bñ ad eugenium papam de consideracione li° vi° De ista sapia loquens dicit q̄ non est sapiens qui sibi sapiens non est Sapiens sibimet sapiens erit et bibit de fonte suo p̄m⁹ quia per prudenciā. s. bn̄ ordinabit se et sua Et de ista sapia d² pu. vi. vade ad formicā o pig̅ et disce ab ea sapiam. s. collegit in estate quo viuat in hyeme

Cārlis

De sapia carnali lo⁹ Greg⁹ xv°. mor. c. xxviii°. d. despiciam⁹ vmbram carnalis sapie qui iam de veritate lucē tenem⁹ ꝛc. ista ē sapia filiorum Agar q̄ de t̄ra est vt dicitur baruch iii° c. Et Apo⁹ ii ad Cor. 1°. Non in sapia carnali conuersati sum⁹ sed in gra dei

Intellectual'

Tercia sapia que est intellectualis est vna de vi virtutibus intellectualibus que est de altissimis de qua plane tractat ph⁹ vi. eth̄ c°. viii°. Et eciā vna de virtutibus infusis de qua d² ysa. xi. et de qua lo² Ambr⁹ tractatu de Abraham d. q̄ sicut mundus a sole ita sapie splendore tota mens illuminatur: Et sicut oculi pascuntur p⁹ dici lumine. ita mens nrā alitur claritate sapie. Et de ista dicitur pu. viii. Ego sapia in consilijs habito et erudicis intersum cogitacionibus

Spūalis

Quarta sapia spūlis p̄t dici verbum dei .i. filius. qui est dei virtus et dei sapia. sicut dicit Apo⁹. p̄. ad Cor. 1. vel sap̄ spūal' p̄t dici et intō meditacō et mentis intē ad deum. sicut dicit · li. sup cant. s. p°. constat nō ē

Bnih

aliud ad summā et consummatā sapiam q̄m declinare a malo et facere bonū vn̄ ysa. xxii d² diuine salutis

sapia et scia timor domini et thezaurus eius est. Et ideo ad
xpm qui querebatur que est sapia que data est ei
potest responderi quod sapia que data est ei erat sapia
intellectualis / sed sic in doctrina eius et predicatione
apparebat in eo refulgebat sapia que est de altissimis
virtute luminis intus agentis / et sapia infusa que est
donum spiritus sancti sicut nunciat ysa. xi. Potest etiam dici
quod in eo erat sapia que est verbum dei / quia ipse
erat filius dei qui est dei virtus et dei sapia. Quod
patet per illud quod sequitur quod querebant unde que sunt
virtutes etc. Unde sicut de eius sapia querebatur ita
potest queri de virtute / quadruplex etiam invenitur virtus
in scriptura videlicet virtus

Corporalis — Corporalis est donum nature. Et ideo de ista
Temporalis — virtute homo nec laudatur nec vituperatur
Moralis — proprie sicut in primo dicitur
Spiritualis — ... non saluabitur in multitudine
virtutis sue. i. laudabitur / Et est ultimum de po. s. primum
Sed proprie virtus non dicitur. vii. i. ethicorum. c. xviii.
Dicit philosophus virtutem humanam. s. proprie non dicimus
eam que corporis sed eam que anime / Secunda virtus est
temporalis et dicitur ista virtus divitiarum sive imperium
et est donum fortune. Unde. i. mach. i. dicitur quod Alexander
der rex virtutem et exercitum fortem etc. Et ista virtus
non est proprie virtus quia ad motum fortune mutatur
Et quia virtute non contingit male uti ista virtute
ut plurimum et plurimum abutitur ymo qui
in potestatibus sunt constituti multa patiuntur similia
sardanapalo ut dicitur primo ethicorum / Unde seneca ad lucill'
capitulo lxxii dicitur possessio nulla vis auri vel argenti
plerisque virtus estimanda est. Unde philosophus. ii. ethicorum. c.
v. dicit nam possessiones virtutes necesse potest. Tertia
virtus est intellectualis que etiam dicitur moralis quia
virtus est hominis electiuus secundum quod ratio recta dictat ut dicitur
ii. ethicorum que est donum doctrine / quia cum virtutes
non insint nobis a natura sed per exercitium et bonam doctrinam
homo efficitur virtuosus. Et ideo a principio debet
puer in bona doctrina instrui et imbui quia consuetum

Virtus

Corporalis

Spiritualis

Intellectualis

a principio debet iuvenis assuesci in bonis / et istud non parum confert ymo totum ut dicit phus .i. ethi-

Et ista virtus hominem perficit et eius opus bonum reddit ut dicitur .ii. ethi. vi. c°. De bonis que facit virtus moralis in homine vide si placet Senecam ad lucill' epistola lxvii. et ulterius phm .ii. ethi.

Spiritualis

Quarta virtus est spiritualis que est donum gratie ut sunt virtutes theologice spes. fides. caritas / Et etiam dona a deo data homini a quo ipse qui est sapientia [illegible] docet sobrietatem et prudenciam iusticiam et virtutem quibus utilius nichil est in vita hominibus / Quoad primum quando dicebat iudei quales erant virtutes que date erant xpo. Andebat quod erant virtutes intellectuales que et morales quibus ipse utebatur in docendo ad se bene vivere totum. secundum quod dicitur de prudencia .vi. ethi. Etiam ipse habebat virtutes spirituales a deo infusas quibus non solum ad predicandum sed etiam ad miracula faciendum reddebatur et multo virtuosius / Et ideo admirabantur eius virtutes et dicebant Nonne iste est faber et filius marie

Q⁹ Hic est advertendum quia iudei credebant quod xpus esset eiusdem artis cum patre suo putativo scilicet Joseph quia in Matheo scribitur Nonne iste est fabri filius. Sed Joseph fuit faber lignarius ut creditur. Et prius videtur ut dicit quidam doctor hic quod xpus eandem artem exercuit quam Joseph / quod probatur / quia xpus pro tempore sue adolescencie non fuit occupatus in doctrina et miraculis quousque venisset ad xxx^m annum

[2] Secundo quia non fuit intentus studio scripturarum sicut dicitur Joh. quomodo litteras scit cum non didicerit nec est verisimile ut dicit doctor ille quod fuit ociosus

[3] Tercio probatur per verbum eorum qui erant de nazareth qui modum suum vivendi cognoscebant et fabrum eum vocabant / Et sic concludit quod artem Joseph exercuit qui fuerat faber lignarius. Tamen non videtur michi quod propter istas voces sit necesse ponere quod fuit faber. ymo esset derogare honori ipsius xpi quia .lu. .iii. hic quod in xii. anno suo quando ipse venit

cum maria et Joseph. ipse remansit in templo et
inventus fuit ab eis loquens et disputans cum
legisperitis. De hys qui pertinebant ad legem et prophetas
et consilii modo et toto tempore sue iuventutis po
tuit vacare orationi contemplationi ad deum patrem
suum et vivere iocose cum ministerio angelorum et sic
non erat ociosus illo ocio De quo intendebat do
ctor ille et solvuntur due rationes prime Etiam in libro
de infancia salvatoris ponuntur multa miracula
que ipse fecit illo tempore non tamen ita publice sic
fecit post. Nec cogit quod iudei dicebant quod non
didiscat litteras quia ipse habebat scientiam infusam
a deo et scientiam innatam inquantum deus ad omnia
sciebat per naturam suam divinam et humanam Tercio
concluditur quod male mentiebantur de eo et sine ca
usa emulabantur iudei illi dicentes Nonne faber est
iste intelligendo quod esset faber mechanicus ut mattheus
dicit quod xiii c° dicitur quod est faber sed filius fabri
Sed verum dicebant quod erat faber totum mundum
creando et ordinando iuxta illud ps. fabricatus es
auroram et solem Et Ecc. xi dicitur quod ipse est fabri
cator omnium. Etiam est fabricatus naturam humanam
hominem condendo disponendo ad suum finem im
plendum sicut Exo. iiii dicitur Quis fecit os hominis vel
quis fabricatus est etc. // Etiam ut verus faber mun
dando cor hominis et separando purum ab impuro. sic
Malach. iii. Sedebit conflans et emundans argentum
Sic igitur ipse erat verus faber omnium. Unde Augustinus
in de consensu evangelistarum dicit quod si marcus vocat
eum fabrum Mattheus dicit quod dicebatur fabri filius
non est mirandum quia faber est verus et fabri filius
scilicet Joseph dicitur quia iudei credebant eum ipsum esse fa
brum. quod filium fabri eum putabant. Et ideo bene
subiungitur quod scandalizabantur in illo. i. detrectabant
et murmurabant maledicendo De eo quod scandalum
est dictum vel factum minus rectum alteri prebens occasionem ruine.

// mundum et sanctificandum
[illegible]

sicut dicit Brito in summa unde in p° Adversus fu-
turum ponebat scandalum hic facti et tamen si ad
tempus Sed in futuro ponebilis scandalum male-
dicto etiam promittit Mt. xviii Necesse est ut veniant scan-
dala Ve tamen homini illi per quem scandala veniunt
Unde Beda hic dicit quod scandalum et error iudeorum
salus nostra est et hereticorum condempnacio Sed non
aut sui dei permissione facti deus in carne apparens fabri
et fabri filius estimari ac dici voluit quin potius et
per hoc se eius ante secula fuisse docuit quod fabricator
omnium fuit quia in principio creavit celum et terram.

Gen. 1

Et dicebat eis Ihesus quia non est propheta sine honore nisi
in patria sua et cognacione sua et domo sua Beda
dicit quod Christus fuerit propheta etiam testatur Moyses qui fu-
turam eius incarnacionem prediceris filiis Israel ait propheta
vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris quasi
sicut me audietis Et ideo non solum ipse qui est
caput prophetarum sed et Helias et Jeremias ceterique
prophete minores in patria sua quam in exteris civitatibus
habiti sunt quia prope modum naturale est cives civibus
invidere Jeronimus sensus ultimum dicti sui in quo sibi
assignat [illegible] dicere. Communitatis etiam sepe vilitas
originem ut est illud quis est iste filius Yesse Et
est in p° regum Ex iii adhuc est de quadam muliere
que volebat nec dignabatur adorare ymaginem cruci-
fixi quia facta fuerat de quadam arbore que cre-
verat in orto illius mulieris Thomas dicit hic quod
etiam si propheta haberet consanguineos claros cives
eos odio haberent et sic dehonorarent prophetam Sed con-

Con

quia isti de Nazareth ymo et tota patria sciebat
quod Christus ex parte patris Joseph et ex parte matris erat de
tribu David Et descenderat a stirpe regia et
ex parte matris erat de tribu Aaron et Levi que tribus
erat nobilis in toto Israel Et ut dicit philosophus in
politica c. xix Ingenuitas apud quoscumque habetur
honorabilis ymo honestum videtur habere honorem
in suis parentibus et dicit p° rethoricorum c. xxii quod videtur

deut. 18

q ipse debet honorari rone parentum et non tanquam fabri
filius. Rndeo dico q isti iudei de nazareth non erant
nobiles genere s rustici Et ideo despiciebant nobiliores
se sicut dicit Thomas in 9to suo hic ut s dictum est Alia
ro potest esse, quia isti de patria xpi non respiciebant
ad antiquos parentes unde descendit s magis ad pro-
pinquos qui tunc erant contemporanei eorum Et isti erant pau-
peres nec magne reputacionis et sicut dicit philosophus p.o
rethorice xij c. nobilitas singularis p.e contingit p hoc q progenitores
primos .i. propinquos notos inter alios aut in
virtute vel diuiciis aut aliquo alio bono honorabili.
Et quia hoc xpus non habebat ideo isti non nobilita-
bant eum propter antiquos parentes sed magis vilipen-
debant propter cognatos propinquos eo modo quo dictum
est Et sic patet ad rones Et dicebat illis Ihesus quia non
est propheta sine honore nisi in patria sua etc. Sequitur Et non
poterat ibi aliquam virtutem facere nisi paucos infirmos
quos impositis manibus curauit Sed non est q istud
non posse non refertur ad potentiam eius absolutam sed ad
decenciam et congruitatem Non enim congruum erat q
ibi faceret multa miracula Nec refertur non posse ad
potentiam ordinatam sicut videmus in agentibus aliis quia
et licet possint producere aliquem effectum quoniam est in se
propter indispositionem materie cessant agere Et illi erant ma-
xime indispositi, quia infideles et increduli ideo non
decebat q ibi operaretur miracula cum fides sit dispositio
ut xpus in aliquo operetur miracula iuxta illud fides
tua te saluam fecit etc. Et ita Theoph plane in 9to
suo sic dicit Non poterat etc. non quia impotens erat
sed ipsi infideles. quod igitur non operatur virtutes parens eis
ne maiori reprehensione essent etiam factis miraculis non
credentes permanentes nam in miraculis faciendis necessaria
est virtus operantis et recipientium fides quod ibi deficiebat
et ideo acceptabat Ihesus ibi facere signa Sequitur Et mirabatur
propter incredulitatem eorum Thomas dicit q quia in
patria sua veniat iam nullam excusacionem habere poterant
quia si non venisset in patria sua dicere possent si venis-
ses credidissemus et istam ronem diffuse ponit beda in 9to suo

Margin: pa; dign; ...

Sz de hoc quod dicitur hic quod xpus admirabatur etc. vi
detur quod hoc esset ex ignorantia sua aliqua in xpo
quia admiratio provenit ex ignorantia vnde volentes
addiscere admirari vt in p° methaphisice. xxviii. quia homines
sunt admiratores adueniarum .i. extraneorum non stultorum
Sz beda hic in glosa soluit et bene sic dicens. Qui autem dicitur
mirari dominus incredulitatem eorum non quod inopinata et
inprouisa mirari qui nouit omnia antequam fiant / sicut nec
fidem Centurionis. qui nouerat et ante cognitam miraturus
cepit quando audiens vera pie confessionis eius ait: quia
nec in ysrael tantam fidem inueni. Sz qui nouit occul
ta cordis quod mirandum intimare vult hominibus mirari
se coram hominibus ostendere. Secundo quia .s. propter increduli
tatem eorum relictis illis circuibat per Castella in
circuitu docens. Thomas in glosa breuiter dicit hoc se expedit
dicens. Nota in hoc quod non solum in ciuitatibus sz in castel
lis dominus predicat ostendere vt discamus parua non contempne
re nec magnas querere ciuitates Sz verbum dei etiam in
vicis abiectis et parvis villis illud predicare et se
minare. Tunc sequitur sententia parte capituli xvi ait ewangelista
de apostolorum missione vnde dicit.

Et conuocauit xii et cepit eos mittere binos. Sed
potest queri quare misit binos simul et non plures
Sm sensum litteralem potest responderi propter paucitatem
discipulorum. Vnde si plures simul mitteret et tamen
pauci erant non possent circuire vicos et castella quibus
mittebantur ista est ro theofili. Sm sensum misticum potest
dici quia sicut binarius numerus consurgit ex duabus vni
tatibus simul iunctis et est primus numerus / quia vnum non
facit numerum / sic in binario mistice intelligitur et per
fectio societatis et coniunctio caritatis / perfectio binarii numeri
in multis figuris exponitur et continetur in duabus
tabulis datis moysi / quia in vna non sufficerent,
propter precepta negatiua et affirmatiua. exo. xxxiiii.
Etiam in duobus testamentis .s. veteri et nouo que sub
sub binario numero consa fuerunt mistice zacharie prophe
in duabus oliuis et duabus spicis etc. ut patet zach.
iiii. Prima vnum testamentum .s. vetus sine alio non
valet. Et ideo quia binario numero est perfectio societatis

bii dicitur eccles. iiii. Melius est ee simul duos
qm vnu hnt enim emolimetu societatis sue Et ita
dicit Theophila hic / binos aut aplos mittit vt essent
forciores quia ut ait eccles. melius ec ut s. Est etiam
in binario nuo conuinctio caritatis / nam non fit
ad seipm. s. vera amicitia pphe dicta sicut het viii eth
c. v. Sz familiare omnis homo homi et amicum
vt dicit viii eth c. i. Et hii figurantur in duobus
cherubin exo xxxvii qui erant ex auro purissimo
p duo vba spose cant. iiii. Et ista est vo Gregorii
in omel. xxxix. vbi tractat illud. lu. x. Et misit
illos binos dic dicens binos a discipulos dns in pdi
catone mittit quia duo sunt precepta caritatis, dei
vz amor z pximi et minus qm inter duos caritas
hri non potest / per hoc ergo innuit qr qui caritatem
erga alterum no hz predicatonis officium nullatenus
suscipere dz Et sic pz qr non sine ca misit xpus
aplos binos predicare. Ro. Et dabat eis ptatem
spirituum imundorum vz ptatem qmissariam sicut rex
dabat bellimo uel locum sui tenenti ptatem corrigendi
malos et unare insontes / ipse enim est tanqm pncipale
agens alii tanqm instra vt sup deductum fuit / quando
querebatur de ptate scorum circa opa miraculosa facienda
Et ita dicit beda hic in glo quia nulla distantia
est inter hre et tbue donare et accipe Iste s. qui
accipit quodammodo agit ptatem dni agit. Unde si
quid faciunt sua imbecillitate et virtutem dni qfitentur
dicentes In noie ihu xpi surge et ambula Et p
cepit eis ne qd tollerent in via ni virgam tm Et ista
tm hic oritur questio litralis multa ventilata
Gregorio ol. xxxix. et ab aliis doctoribus et sctis
quia marcus dicit h' qr precepit aplis ne quid porta
rent ni virgam tm / lucas et mattheus dicunt qr nich
portarent i via neqz virgam ec Sz istud a Gregorio
in ome ab Aug. nicolao conciliatur euangelistarum solum et be
da hic in glo qr sub alia signe virga ferenda accipi
in marco Et sub alia virga que ferenda non est accipi
in luca et in Mattheo Et utrumqz a dno edi aplis dem.

[illegible marginalia]

+ B [illegible] [illegible] Et dabat eis ptatem

et ut virgam ferent et etiam ut non ferent / sub diversis
significationibus ut sicut dicitur quod deus neminem temptat
et sub alio intellectu dicitur temptat vos deus vestri
2a illa seductionis, secundum prima alia probacionis. Ita in
proposito quia in luca et in matheo virga portari
non debet ad corporis sustentacionem sicut nec zona nec es
neque pera et hiis que ponuntur in textu, quasi dicat, ut dicit
Augustinus nichil necessarium vobiscum ferant, ut secundum Crisostomum
in suo 9to super quodlibet per hoc preciperet ut per humanum ondat
quod a temporalium divinarum desiderio distabant. Virga
que ferenda est secundum Marcum signat auctoritatem recipi
endi necessaria ad vitam quia dignus est operarius cibo
suo / Et sic sub alia significatione accipiendum est in uno et in
alio / et istud deducunt sancti doctores diffuse in locis
pallegatis et causa brevitatis pertranseo / Conveniunt tres
evangeliste scilicet marcus lucas et matheus in hoc quod concor
dant quod xpistus precepit eis ne quid tollerent ad sustenta
cionem / neque etiam quantum ad ornandum corporis sicut in
zona et / neque duas tunicas. sed solum calciatos san
daliis. Beda dicit quod tanta debet predicatori inesse
fiducia ut preterite sumptus quamvis non provideat tamen hos
non deesse certissime sciat ne dum mens eius occu
petur ad eterna. Et per hoc minus provideant
eterna. Et Thomas in quarto suo dicit quod hoc xpistus precepit
instruens eos per hoc non esse amatores munerum
et ut videntes eos predicare paupertatem acrescat
eum apostolum nichil habent / Sed de hoc quod dicit marcus
quod portarent sandalia / et matheus dicit quod non
portarent calciamenta. dicit unus doctor, quod ex hoc
patet quod sandalia non dicuntur proprie calciamenta
Unde et fratres minores ex hoc acceperunt quod sandalia por
tant et non calciamenta ut dicunt / quod illis etiam
poterant uti apostoli / Etiam de hoc quod dicitur quod non
portarent duas tunicas dicit Beda In duabus
tunicis videtur michi duplex onde vestimentum. non quod
in locis Sythie glaciali nive rigentibus una quis tunica
ea vestimentum intelligatur ne ad vestimenti vestiti a
nobis futurorum timore fuerimus / Et dicebat eis In quamcumque

loco intraveritis ibi manete donec exeatis. Sensus est iste ne sint sicut illi qui penetrant domos discurrendo hinc et inde vel ad attendendum homines causa turpis lucri de quibus loquitur apostolus ad Thimotheum. Sed intraverint domum alicuius ad predicandum et eos docendum in domo illa maneant donec opus ad quod missi sunt compleverint et homines ad quos intraverint in bono confirmaverint. Et istud patet per hoc quod sequitur. Et si non receperint vos exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium. Id est quia a vobis spiritualia recipere contempnunt nec vos ab eis temporalia recipere digne in illis nec velitis. Unde iste erit in testimonium sue dampnacionis quia vos et longinquo ad eorum salvacionem venistis et isti hec negligunt. Ideo excutite etc. Est tamen hic advertendum moraliter quod pulvis in scriptura multa signat. Aliquando signat humanam fragilitatem, humanam paupertatem, humanam obliquitatem, humanam incredulitatem. Signat pulvis humanam fragilitatem quia natura humana ad modum pulveris habet vilitatem feditatem mutabilitatem. Unde Gen. iii. Dicitur pulvis es et in pulverem reverteris. Quod bene considerans Abraham qui dicebat Gen. xviii. loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Secundo in scriptura signat humanam paupertatem propter tenuitatem et honoris carenciam quia pauper pulveri comparatur sicut in psalmo dicitur suscitans de pulvere egenum etc. Et ita loquitur deus ad ... iii Reg. 16. xvi. d. Exaltavi te de pulvere et posui ducem super meum populum etc. Tercio pulvis signat humanam obliquitatem propter fragilem resistenciam contra ventum et motum temptacionum quia sicut ventus deducit pulverem hinc et inde sic temptacio movet et agitat mentem humanam. Unde in psalmo Non sic impii non sic ut sunt terra firma non lenis sed tanquam pulvis quem proicit ventus a facie terre. Quod pertractans Gregorius xxviii mor. c. viii dicit quod terra firma est anima iusti. De quo ad Hebr. vi. terra sepe venientem

Excute pulverem in testimonium ... [illegible]
... [illegible]

bibens ymbrem germinans etc. Et in ps. Terra nostra
dabit fructum suum / ymmo peccatoris pulvis dicitur quia
de facili movetur. Unde concludit sic. Si peccatoris
animus pulvis quia in superficie terre extollitur et tem-
ptacionis aura agitatur / hinc scriptum est. Non sic
impii non sic. sed tamquam pulvis etc. Unde Job xi
Absconde impios in pulvere etc. Namque pulvis signat
humanam incredulitatem propter vanitatem et vacilla-
cionem. Levit. xiiii. postquam eruti sunt lapides et
pulvis elatus etc. Et isto modo accipitur hic. secundum
Bedam quia ex quo illi non receperunt spiritalia ab eis non
debent recipere terrena sed excutere in testimonium sue in-
credulitatis / Sicut Ysaie lii. Excutere de pulvere etc. et
sequitur quia apostoli predicabant ut penitenciam agerent. Et ista
est bona predicacio. Quia vera penitencia multa bona
facit / sicut alias dictum fuit. Et in hoc adhuc imita-
bantur predicacionem / Johannis baptiste qui ut supra
patuit clamabat in deserto ut facerent dignos fru-
ctus penitencie. Et istum modum tenuerunt apostoli post
resurrectionem Ihesu Christi. Unde act. iii. clamabat petrus
penitemini ut deleantur peccata vestra. Et sermo
ecclesie utitur sic collata a Christo ut sic in alio ca-
pitulo dictum fuit. Et ungebant oleo multos egros et sa-
nabantur. Statim ex isto orta sunt duo dubia
de quibus diversi senserunt. Utrum Christus instituit
sacramentum extreme unccionis quod est ultimum inter
sacramenta ecclesiastica an discipuli vel aliquis alius istud
instituit. Et videtur quod apostoli instituerunt per textum
istum quia ungebant oleo egros et salvabantur.
Etiam quia non legitur quod Christus unquam usus fu-
erit oleo ad infirmorum quos curabat sanacionem
sed tantum verbo. Et ista fuit opinio magistri sentenciarum
ut patet in iiii°. / Alii dixerunt quod fuit institutum
a beato Jacobo qui fuit apostolus et episcopus Jerosoli-
mitanus. quia in epistola sua dicit v c. Infirmatur
quis in vobis etc. Et ita eciam videtur velle magister quia
apostoli hoc dictum approbaverunt et id inter sacramenta
collocaverunt. Unde omnes isti sunt primo et supponere

attrahit suo dictu a deo peccatores ... [illegible]

Judeus

Et excutientes

Christi

cum codex evangeliorum contineat dicta aut facta christi
nobis. Et tamen nullus evangelistarum ponit istud
sacramentum fuisse a christo statutum aut factum. Et idem di-
citur de sacramento confirmacionis et confessionis. Alii
dixerunt ut tangit magister sentenciarum quod spiritus sanctus
per apostolos hoc sacramentum instituit sicut et sacramentum
confirmacionis quia imponebant manus accipiebant
spiritum sanctum ut patet in actibus apostolorum. Et hic unge-
bant oleo ad curacionem morbi corporalis et spiritualis
per spiritum sanctum qui est magister precipuus sicut et christus.
Sed videtur michi quod isti habent concedere quod fuit a christo
cum opera caritatis ad que sunt medicina et quod extrema patet
fit etiam per alias duas. Et ideo videtur michi sicut
alias dixi quod sicut christus in operibus miraculosis est
agens principale, et discipuli ut agens instrumentale se-
cundum. Ita in omnibus sacramentis ipse principalis legisla-
tor. Quod probatur quia in sacramentis nove legis
divina virtus operatur principaliter. Et institucio sacramenti
sit maioris dignitatis quam operari in sacro. Sequitur
quod omnia sacramenta nove legis sunt a deo principaliter
et instituta. Nec discipuli tunc erant tante auctoritatis
quod hoc facere possent nec forte scirent ad instituendum. Et
ideo credendum est quod christus dominus instruxit et docuit
eos non solum de instructione huius sacramenti
et operari per illud sed etiam de aliis ut in confessione
et confirmacione. Et isti post christi resurreccionem ecclesie
catholice ut sunt tradiderunt et ordinaverunt. Et per
ista patet ad raciones opinionum. Primo dicitur quod non
oportebat quod christus uteretur materia alicuius sacramenti
sed sufficiebat sua potencia absoluta sed quod ipse aliis istam
communicabat potestatem instruebat eos quantum ad materiam sacramenti
et modum et formam faciendi. Sed adhuc remanet
secundum dubium quia secundum textum evangelii videtur quod principaliter
fuit istud sacramentum ordinatum ad morbum corporalem
curandum quam ad spiritualem quia dicitur quod ungebant oleo
egros et sanabant. Etiam demonia eiciebant. Sed ista
fuit medicina ad corpus pertinens. Igitur respondetur sic istud sacramentum

questio

extreme unctionis nunquam datur nisi corporaliter infir
mantibus ita videtur quod principaliter ad hoc fuit institutum
Item si ordinaretur contra morbum spiritualem esset contra
peccatum tunc aut contra actuale mortale aut originale
aut veniale Sed contra nullum quia in mortali prius
requiritur sacramentum penitentie. nec contra originale etiam
est quia contra illud est sacramentum baptismi. nec contra venia
lia quia cottidie venialiter peccamus ergo continue
esset dandum istud sacramentum igitur sequitur quod datur contra
morbum corporalem principaliter. Oppositum tamen dicit videtur
quod quodlibet sacramentum est quedam medicina spiritualis
unde sicut medicina corporalis non ordinatur principaliter nisi
ad morbum corporalem ita nec medicina spiritualis
non ordinatur nisi ad medicinam spiritualem Item
homines nunquam morerentur qui acciperent istud sacra
mentum quia secundum magistrum sententiarum sacramenta
indigne suscipientibus efficiunt quod figurant. igitur
unctio ista in digne suscipientibus semper esset sanativa
Et sic omnes accipientes istud sacramentum digne
semper sanarentur. Respondeo dico quod quamvis opinio
fuit quod istud sacramentum ordinatum et institutum fuit
principaliter contra sequelas aut reliquias peccati ac
tualis sive originalis que quidem reliquie sunt pe
ne spirituales habentes tamen frequenter annexas penas
corporales propter sui expurgacionem. Et ideo hoc sacramentum
est contra penam spiritualem primo et principaliter, quia omnia sa
cramenta sunt medicine spirituales ex divina ordina
cione Ex consequenti tamen sunt contra morbum corporalem
et hoc videtur probari per actorem Jacobi v° a quo
ut tenent plures istud sacramentum primo habuit manda
quia dicit ibi Si quis in vobis infirmatur adducat
presbiteros etc. sequitur Et si in peccatis fuit remittentur. Ad rationes
dico Ad primam quod Christus primo misit discipulos
ad predicandum contra morbos spirituales peccati et ex consequenti
etiam ad curandum morbos corporales. Et istud patet
ex textu. Ad 2m dico quod non datur nisi hiis de quibus
presumitur quod sint prope mori et de quo speratur quod liberatur

corporalis

et a culpa et a peccati necessitate et quod forte melioret in anima et corpore. Ad tercium dicat quod ordinat com[...] reliquias peccati ut dictum est causa actualis peccati quia carnalia principia. Et quod sit sufficiat hic breviter de isto dubio in textu contento.

Et audivit rex herodes etc. Hic est tercia pars istius capituli in qua ut dictum fuit charactus eiusdem agit de modo et facto decollacionis Johannis baptiste et possit dividi in partem principalem et accidentalem ibi ipse enim herodes etc. In prima parte sic dicit sic Et audivit herodes rex manifestum enim factum est nomen eius etc. Notandum quod in hoc quod herodes vocatur rex credendum non est quod iste fuit herodes ascalonita qui occidit innocentes sed iste fuit filius eius et vocabatur Antipas ad differentiam magni herodis patris sui. Unde ut dicit hic Crisostomus matheus et lucas vocant eum tetrarcham quia post mortem herodis magni sub quo natus fuit xpus romani diviserunt regnum in quatuor partes et posuerunt iiii tetrarchas sicut plane dicit lucas iii° c° et iste herodes sub se habuit tres provincias et philippus frater eius tres. Unde secundum lucam erat tetrarcha iturree et traconitidis regionis. Et ideo si queratur quare Marcus vocat eum regem cum non fuit nisi tetrarcha dicit Crisostomus plane super mt xiiii c° quod hoc fecit aut propter consuetudinem quia plebs obtinentiam patris sui qui fuerat rex etiam voluit istum herodem regem et secundum hoc marcus loquebatur sicut vulgus aut ut dicit Crisostomus hoc erat ex proposito quia iudei super quibus regnavit hoc affectabant. Sed quomodo audivit herodes ~~audivit~~ miracula et nomen ihesu. Dico quod per famam que non caret omnino veritate sicut dicit Aristoteles in ethicorum c. xiiii quod fama non omnino perditur quam populi multi famant. Et sic manifestum erat nomen eius quia sicut dicit Jeronimus hic lucernam abscondi sub modio fas non est. Et multi de turba dicebant quod Johannes baptista surrexerat a mortuis et virtutes operantur in illo

Rex.

[illegible marginal notes]

Q°.

[illegible marginal notes]

Beda hic in omelia contra iudeos et bene insurgit dicens sic. Certa inuidia iudeorum qui contra dominum maliciae furore exarserunt ex omnibus pene locis euangelii docentur. Ecce enim Johannem de quo dictum est quia signum nullum fecit a mortuis potuisse resurgere nullo attestante dicebant. Ihesum vero a deo virum approbatum virtutibus et signis in quibus videlicet morte etiam tremuerunt, resurrexit vero atque ascensionem angeli apostoli viri ac femine certatim predicabant non resurrexisse sed furtim sublatum credere maluerunt. Et quia iudei dicebant quod helias aut unus ex prophetis surrexerat a mortuis. herodes sciens quod hic Johannes baptista fuerat sancte vite. Ideo dixit quem decollavi Johannem hic a mortuis resurrexit. Theophilus in omelia sua dicit. sciens herodes quod Johannem iustum existentem sine causa occidit credebat eum a mortuis surrexisse et quod ex surrectione cepisset miraculorum operacionem. Ex isto patet quod herodes non fuit de secta saduceorum qui negabant resurrectionem sed magis de secta phariseorum qui eam confitebantur ut patet actuum xxiii. Beda hic bene dicit quod isti scilicet iudei et ipse herodes hii omnimodis de resurrectione senciebant quod maiores potestates futuri sunt sancti tunc a mortuis resurrexerunt quam fuere gravis adhuc infirmitate gravaretur. Sed et ipsum resurrectionis miraculum non esse incredibile docuerunt quod nullo docente sponte crediderunt. Tamen ut dicit Crisostomus iudei quod ipse esset Christus vel ex sua malicia vel cecitate sine timore propositorum suorum palam dicere non volebant. poterant et debebant melius dicere quod ipse esset propheta ille de quo dixerat moyses prophetam suscitabit dominus nobis de fratribus vestris ipsum audite. Tunc euangelista marcus post premissam incidentalem narrando hystoriam decollacionis Johannis baptiste dicens ipse enim herodes etc. Et quia licet principalis intencio ewangeliste esset describere facta Christi Cum tamen fecerat mencionem de opinione herodis circa Johannis decollacionem. Ideo incidentaliter ipse ponit hic modum

2a ... 7 q[ui]escentes ... cap[itu]lo audiens ... tangit ... hrodes ... Rupt ... ad ... [illegible]

Decollonis ipius Johannis Et posset diuidi s[er]mo q[uia] ipe tractat de Johannis Incarnacione de eius decollacione Et de eius t[ra]nslacione s[icut] patebunt i[n] hystoria describendo q[ui]a volo sub breuiori modo q[uo]d potero litteralit[er] describere et post aliqualit[er] ad mores expone[re]

Et sciendu[m] q[uod] egypsipp[us] in li[bro] de excidio excidio iudeorum alit[er] describit causam decollacionis alit[er] Josephus li[bro] Antiquitatum Sz ut breui[us] tangam materiam et eam hic dicta ingeri in hystorys scolasticis et Bede hic in q[ua]rto intendo sequi et breuibus recitare Con tinuando ad predicta euu[angelis]ta sic dicat q[uod] ipe herodes misit ac tenuit Johannem 2c lr[ater]a est clara Beda in q[ua]rto dicat sic Vetus hystoria narrat philippum maioris herodis filiu[m] sub quo dn[u]s fugit in egiptu[m] ~~tum fr[atr]em istius herodis~~ sub quo passus est dominus iste aut philipp[us] accepit vxorem herodiade[m] filiam regis arethe postea vero exorta discordia inter regem et philippum aretha rex tulit filiam suam et dedit herodi qui fouebat p[ar]tem arethe reg[is] vn[de] orta est inimicia inter duos fr[atr]es philippu[m] et herodem

Egypsipp[us] dicat q[uod] herodes eundo in Syriam transiuit per philippum et ibi adamauit herodiade[m] et p[ro]misit ei q[uod] in redditu adduceret eam secum quod et fecit et ipa filiam qua habebat de philippo secu[m] adduxit Johannes aut[em] bap[tista] cum de isto redarguit dice[n]s Non licet tibi habe[re] vxorem fr[atr]is tui Sz Crisostomus hic in q[ua]rto mouet questionem litteralem q[ui]a vi[detu]r q[uod] Johannes male reprehendebat eum q[ui]a scribi[tu]r Exo. xxv. 7 erat lex iudeorum q[uod] frater debebat accipe[re] vxorem fr[atr]is sui Sz glo[sa] 7 lin[ea] rendet q[ui]a illa lex exodi p[re]cipiebat h[oc] ut defuncto fr[atr]e ~~sine herode~~ ipe fr[ater] debebat accipe[re] vxorem fr[atr]is sui vt suscitaret seme[n] fr[atr]is sui Sz h[oc] hic erat opp[osit]u[m] q[ui]a adhuc fr[ater] viuebat frat[e]r et herodem hebat .s. filiam Et q[uod] sicut d[icit] Beda hic herodias timebat ne aliq[ua]n[do] herodes resipisceret ab amore illo et reconciliare[tu]r fr[atr]i suo et sic illicite nupcie repudiarent[ur] Ideo insidiabat[ur] Johi et tantu[m] fecit q[uod] herodes

fuisse

i[n] q[ua]rto 2 cor[inthios] 12

"Futu[rum]"

7 Sculte[tus] herodes ... 7 dupl...

q[uo]d.

7 philip[pus] 7 ideo Johannes dicebat hec ... 7 deserere ...

... est ... Helyas. Sicut ... Argu[i]t ipe Johannes herodem 7 herodiade[m] sicut helyas Achab 7 Jezabel. Mal... apud ... 7 adulteri[um] ... ipse baptista ...

Herodias ... post ... morte[m] Johannis ... Martyrum ... 7 p[ost] ... herodiade[m] ... 2o ... herodes ... herodes ... p[ost] Malicia ... herodias insidiabatur Johanni ... herodem ... 7 volebat eu[m] occidere ... ~~Nec potuit~~ ... aliqua herodes ad ... Johannis ... 7 ad Martir... philippo ... Nec potuit ... Johannis ... Herodias ... Johanne ... Beda

tenuit et ligauit Johannem et misit eum in carcerem
Egisippus vi dicit quod fuit incarceratus et decollatus
in Sebaste ciuitate. Josephus dicit et Beda allegat
quod ipse fuit incarceratus et decollatus castello Arabie dicto
macherunta ultra Jordanem. Et istud plane dicitur
in libro xi° ecclesiastice hystorie. Et tunc herodias et herodes
querebant viam quomodo Johannem possent occidere. Tamen
herodes metuebat Johannem sciens etc. et ideo propter ipsum
non audebat occidere eum quia eius sanctitas toti populo
innotescebat. sed custodiebat eum et plura que dicebat
Johannes faciebat. sed tamen uxorem illicitam non dimitte
bat. Et ideo subditur. Et cum dies oportunus accidisset etc.
Sicut dicit Theophilus in glosa in hoc quod dicit oportunus. significatur
quod herodes et herodias modum decollacionis Johannis inter
se tractauerant. et ita dicit Josephus ubi supra. Concludit
pulcre concludit Theophilus. Vide quantum operatur concupiscencie
rabies. quia cum herodes tantam haberet circa Johannem
reuerenciam et amorem horum fit immemor ut sue fornicacionis
... Et Remigius supra lucam ubi tractat istam
materiam similiter dicit. libidinosa voluntas eum coegit
in illum manum mittere quem sciebat iustum et sanctum.
Ac per hoc datur intelligi quod minus peccatum factum est causa
maioris peccati secundum illud qui in sordibus est sordescat
adhuc. Tunc sequitur quod herodes natalis sui cenam fecit
tribunis et primis galilee etc. sicut dicit Beda et
bene. Non legimus in sacra scriptura aliquem diem sui na
talis celebrasse preter herodem et pharaonem. Et utrique
in illo prandio homicidium commisit. Nam pharao eunuchum
suum pincernam occidi iussit. et ideo nichil talis cesarie
sicut herodes commisit. qui enim quem secundum doctores vitare
sciebat pro turpi lenocinio necauit. Et concludit. non
sic, attamen ex iustificaciones ex quo plurimum utilius esse nobis diem
mortis future timendo et caste agendo et sepius ad me
moriam reuocare quam diem natiuitatis luxuriando ce
lebrare. homo enim ad laborem nascitur in mundo et
electi ad regnum per mortem transeunt eundo. Cumque
introisset filia herodiadis etc. littera est clara. Beda dicit hic

Non excusatur herodes quod invitus et nolens propter iura-
mentum homicidium fecerit / quia ad hoc forte iuravit
ut future machinas pararet. Aliorum si ob
iusiurandum fecisse se dicat, si patris aut matris postu-
lasset facturus erat an non. i. non fecisset. Quod
in se ergo repudiaturus fuit contempnere debuit et propheta
et quod talia iuramenta incauta vel que ad peiora
timari videmus potius sunt dimittenda quam adimplenda

Sit pulcre deducit leo papa sermone de decollatione
Johannis baptiste. Et ponit exemplum de david qui iuravit oc-
cidere Nabal virum stultum et impium et tamen ad preces
Abigail prudentis femine iusiurandum dimisit et
ensem in vaginam posuit / nec de eo quod illud non im-
plevit legitur in aliquo penituisse. Timens petivit

Reg. 27

ex consilio matris caput Johannis et contristatus est
rex etc. dicit Beda et bene quod ille dissimulator mentis
sue et artifex homicida tristiciam preferebat in facie cum
leticiam haberet in corde. Scelus enim excusat iuramento
ut sub occasione pietatis impius fieret. Cum autem subiat et
simul discumbentes vult omnes sceleris sui esse
consortes ut in luxurioso impuroque convivio cruente
epule deferentur. Et bene dicit Thomas hic quod herodias
statim misit spiculatorem quia timebat ne herodes
resipisceret ab eorum. Et attulit in disco. Magister in
hystoriis scolasticis dicit quod distus est vas rotundum
desuper extensum et in tali vase dapes solebant afferri.
Unde dapifer discoforus dicitur. Et petro alia divisa
apparuerunt in disco actuum x. Tunc spiculator
i. ille carnifex qui constituitur ad hominem interficiendum
dedit puelle et puella dedit matri sue. Unde Gregorius
in iii. moralium. Diffuse tractat quod in ista decollatione
visitata fuit Johannis prophetia quam dixit me oportet minui
illum autem crescere / quod in decapitatione Johannis / et
Christus in cruce extensione manifeste patet esse completum
Beda dicit quod etiam visitata fuit quia Johannis
fama cessavit aliquo / et Christi fama multipli-
cando crevit. Et sciendum quod non remansit impunitus
quia finaliter fuit missus in exilium cum herodiade apud

Distus

Herodes

Vienam in gallia ubi inspabiliter vitam finivit ut
habetur in ecclesiastica hystoria. Et istud mito sustinuit. Etiam
in hystoria zona legitur quod flavinus dux romanorum
a censaribus fuit pulsus ab officio et dignitate romana
quia ad preces militum, que nunquam hominem decolla
tum viderant quendam licet reum mortis in convivio
iussit decollari ut ille viderint. Unde dicit hystoria
Et expulsus est ille qui epulas sanguine infecerat
et ita in proposito de herode. Tunc discipuli eius ve
nerunt tulerunt corpus eius et posuerunt illud
in monumento. Josephus libro antiquitatum dicit quod sepeli
erunt eum in sebaste que condam dicebatur Samaria
et est urbs palestine et posuerunt corpus inter heliseum
et abdiam prophetam. Caput fuit portatum in usum uxoris domini
domini herodis. Quid de corpore et de capite post ea
sit factum qui videre voluit in quarto et in historia in hys
toria scolastica que cum [illegible] omitto et istud
sufficiat de hystoria ista expositione.

Verum quia beda hic facit disgressionem de col
lacione baptiste ideo hic ad laudem ipsius Johannis
qui est patronus ecclesie nostre volui hic de hystoria
sua quod ponit beda aliqua interserere. Notandum est
hic primo quod augustinus de consensu evangelistarum dicit quod istud mi
raculum de saturacione plebis ex quinque panibus factum
fuit ante decollacionem Johannis. Unde et Johannes
evangelista ponit istud miraculum ante Johannis decol
lacionem. Beda in questione suo dicit quod Johannes evangelista
premisit hoc quia proximum erat pascha. Matheus et mar
cus interfecto Johanne continue factum istud fuisse
commemorant. Unde colligitur Johannem eminente
festivitate paschali fuisse decollatum et anno post
hunc sequente completo demo tempus paschale rediret
misterium dominice passionis esse completum. Et propterea
quod in libro sacrorum natale eius quarto kalendas septembris
denotatum est. Et in martirologio quod eusebii et Jero
nimi vocabulis insignitum est legitur. iiii. kalendas septembris
in edissa civitate provincie natale Johannis baptiste
die quo decollatus est non specialiter ipsum diem decolla
tionis eius, sed potius diem quo caput eius inventum

edisse civitate ceptum est atque est conditum in eccl
designat. Narrat ecclesiastica histo. li. xi. ut dictum
fuit quod Johannis corpus sepultum fuit in Sebaste
que quondam Samaria dicebatur et fuit positum inter
Heliseum et Abdiam prophetas et ibi miraculis claruit
usque ad tempora Juliani apostate et in o. kl. septem
bris discipuli eius et post successores faciebant festum
decollacione eius et iussu Juliani a paganis ossa eius
combusta fuerunt et dispersa per campos. Tunc a
Jerosolimis erant monachi ibi qui mixti paganis
ossium partem congregavit et ad patriarcham Jerosolimitanum Philippum Jerosolimis deportavit. Et ille
misit ea beato Athanasio Alexandrie episcopo ibi con
servata fuerunt usque ad tempora Theophili eiusdem urbis
episcopi qui iubente Theodosio principe omnium gentilium fana
destructa sunt. Tunc expurgato a sordibus templo
Serapis in honorem sancti Johannis baptiste ibi basilica
constructa est et sollempnitas decollacionis baptiste ibi
die quo supra celebratur. Et ut dictum est supra caput
Johannis fuit portatum in Jerosolimis et in domo
Herodis positum sicut in Cronica Marcellini comitis
plenius continetur et ibi fuit absconsum usque ad
tempus Marciani principis. Et tunc duobus mona
chis qui ab oriente illic venerant beatus Johannes ca
put suum revelavit qui illud tulerunt et post per in
curiam perdiderunt et ab aliis inventum et portatum
fuit in Emissam civitatem et ibi in urna sub terra
longo tempore ignobiliter fuit absconsum donec demum
dein baptista Marcello abbati itum revelavit qui in eo
spem latitabat. Et ille misit pro hortamento eiusdem civi
tatis episcopo. Qui extunc in eadem civitate beati precursoris
decollacionem die quo caput inventum est ordinavit
sollempniter celebrari. De quo in prefato cronicorum li
bro plenius pertractatur. Et dixit eis: Quot panes habetis
Ite et videte. Et dicunt quinque et duos pisces. Quasi
dicerent quod non esset tali turbe tante sicut Joh. vi. dicitur
sed quid est inter tantos quia parum est quod per nichilo
habetur ut dicit philosophus ii. physicorum. Et precepit eis ut facerent omnes discumbere

Vide in dominica ... filio
ista cruce.
Et convenientes.

secundum contubernia super viride fenum. Contubernia dicitur a taberna secundum Hugutionem et dicuntur contubernii qui in eodem tabernaculo habitantes vel commorantes contubernales vocantur. Et quia de diversis villis vel partibus illic convenerant dicebatur ut secundum societates villarum atque regionum facerent eos discumbere id est sedere super herbam quod vocat viride fenum. Nota quod hic Johannes contra dicat quod Philippus fuit ille qui numeravit quot panes haberent. Augustinus de consensu evangelistarum dicit quod ipse pro omnibus reddit. Nec ut dicit Augustinus est mirum si singulare pro plurali ponatur, quia hoc sepe contingit in scriptura, precipue ubi est consensus plurium in unum. Tunc discubuerunt in partes quasi navigatio ad prerum per centenos et quinquagenos. In hoc notatur quod ordinate sedebant. Et acceptis quinque panibus et duobus piscibus suspiciens in celum benedixit et fregit panem. Notandum hic quod Christus quando erat aliquid magnum facturus sicut in suscitatione Lazari et illuminatione ceci nati et aliis, sicut hic conspiciebat in celum. Hylarius dicit quod in celum dominus respexit dans honorem patri a quo ipse protestatus est se potestatem accepisse. Crisostomus dicit quod decenter in celum aspexit quia in deserto manna iudei accipientes non honorem deo tribuebant sed dicebant numquid poterit deus parare panem etc. Theophilus dicit quod hoc fecit ut nos instrueret a deo petere escam non a dyabolo sicut faciunt illi qui alienis laboribus utuntur. Glosa dicit et bene quod hoc fecit ostendens quod omne bonum et omne datum optimum desursum venit descendens a patre luminum ut dicit Jacobus primo. Secundum terciam intellectum levemus corda et manus ad dominum. Tunc dedit discipulis ut apponerent etc. Beda dicit sic provocat apostolos ad fractionem panis ut illis se non habere testantibus magnitudo signi notior fiat etc. Et manducaverunt omnes et saturati sunt. Iste est sensus litteralis. Ceterum restat unum dubium de quo aliqui dubitaverunt. Quomodo de tam parva quantitate panum et piscium tot milia

hominum potuerunt saturari Utrum videlicet fuit ibi multiplicatio materie et si fuit quomodo hoc fuit Dixerunt aliqui quod ista multiplicatio fuit per rarefactionem materie, quia materia erat compacta et dei virtute potuit rarefieri et extendi et sic multiplicari sicut in multis transmutationibus naturalibus videmus hoc fieri et sic potuit multis sufficere Sed modo modo istud non sufficit ad hoc quod tot possent saturari et repleri quo ad appetitum oportuit quod esset rarefactione usque ad ultimum gradum et tamen in tali rarefactione etiam qualitates eius simul vel rarefiunt et minuuntur sic quod nulla activitas remanet in qualitatibus activis nec in passivis Et sic nullum effectum haberent respectu nutrimenti manducantium ita quod comestio eis parum proficeret. Etiam quia dicitur in textu quod remanserunt xii cophini. sed tunc non remansissent post talem rarefactionem materia de facili posset quantum in materia preaccentus eius veniret origines sumpsit Alii dixerunt quod in piscibus et panibus erat causa materialis ut sic possent multiplicari sine extrinseco sicut de costa ade dicit magister historiarum libro historie de xliiii sic Restat igitur ut de sola ipsius costa ade sine omni extrinseco adiutamento per divinam potentiam in semetipso multiplicata mulieris corpus dicatur fuisse eo sane miraculo quo postea de quinque panibus Ihesus celesti benedictione multiplicavit quinque milia hominum multiplicata sunt Unde et facit tale argumentum sicut de costa Ade. si fuisset additum extrinsecum homines debent dici esse saturati de illo addita(mento) et non quinque panibus sic eva diceretur formata de illo Et videtur hoc Augustinus super Genesim ad litteram libro ix. vel loco de rationibus seminalibus rerum sicut in grano sinapis In quo est potentia ut crescat in arbore et si arguatur contra eum igitur quare angeli non potuerunt extrahere materiam illam ad formam sicut faber de ferro formam cultelli Respondetur quod angeli non possunt creare aliquam materiam sed solum deus sicut agricole non sunt cause superiores segetum aut arborum sed solum deus Sed videtur mihi quod istud non sufficit quia in quinque panibus non erat ratio seminalis hominum tot milium hominum

Rarefactio

1

2

possent saturari nec est simile de omnibus seminalibus
et de isto miraculo quia licet in grano alicuius seminis
sit potentia ad extrahendum ad formam arboris habere tamen
indiget additamento quia huiusmodi additur et nutrimentum ut illud
possit multiplicari et crescere usque de potentia materie extra-
hatur forma que virtualiter latebat in grano seminis quod
nec erat in costa ade ut tantum ex materia posset formari
corpus eve nec consimili modo in materia panum erat
virtus insita tanta quod posset sufficere ad saturitatem tante
plebis licet in eis esset potentia ad saturacionem paucorum virorum
tamen non erat tanta ut quinque milia virorum ex eis
possent saturari et difficile videtur quomodo illa potentia po-
tuit tantum extendi nisi quod deus posset facere quod isti crederent
esse saturati. Et ideo videtur michi probabilius quod ibi fu-
it additamentum extrinsecum a deo in quo fuit virtus ad sa-
ciendum tot homines cum precedentibus panibus et

Additione.

piscibus sic quod substancia panum et piscium fuit augmentata
tantum quod sufficeret ad saturitatem eorum et hoc miraculose
a deo. Et ad argumentum magistri cum arguitur quia tunc esset
falsum dicere quod christus ex quinque panibus et duobus pi-
scibus quinque milia hominum saturasset. Dico quod materia
extrinseca addita induit formam panum et piscium. Et quia
res denotatur a forma. Et ibi formaliter non fuerunt
nisi quinque panes et duo pisces. Ideo fuit verum dicere
quod ex quinque panibus et duobus piscibus saciavit quinque
milia hominum et hoc de isto dubio litterali. Modo veni-
endo ad sensum allegoricum et tropologicum simul videamus
aliqua ad nostram instruccionem videamus. Et est primo

Allegorie.

videndum quod isti panes significent allegorice. Beda
in 9° suo dicit sic. per quinque videlicet panes quinque mosayce
legis libri designantur quibus divine excitans co-
gnicionem mundi creacionem peccatoris labentis seculi et ~~...~~ vigilancie deo
serviendi eloquium humano innotuit. Per duos pisces
psalmi sive et prophete figurantur qui eruditum in lege
dei populum de promissione dominice incarnacionis
nova quadam dulcedine pascebant. Et bene ista comparacio
fit a Beda sicut dicebat salvator Luce xxii sicut
in christo oportuit impleri que scripta erant in lege moysi

et prophis et psalmis de eo. Ista nos imple que in ea scripta sunt siue eodo que de xpo ibi continent siue ostendo que mea precepta sunt moralia Et ideo dicit Theofilus in glo per duos pisces intelligi piscatorum sermones scilicet epistole et ewangelium. Et ideo ut dicit Beda quando xpus post resurrectionem aperuit discipulis scripturas et precepit eis ut istud predicarent in uniuerso mundo Tunc instituit frangit panes et pisces et precepit ut traderent turbis. Et apostoli bene tradiderunt quia cum ipsi ubique predicauerunt fidem xpi domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis ut dicitur Marci ultimo. Quintum ad secundum sensum moralem Beda exponit quod per quinque panes quinque corporis nostri sensus intelliguntur et istud exponit in omel. in me... sic Quinarius numerus quinque nostri corporis sensus insinuat quos in dei sermone applicare satagunt hos illi qui celesti sapientie dulcedine recreari cupiunt quinquenarius numerus multiplicatus in milibus fecunditatem et multitudinem bonorum operum que deo reddunt demonstrat figuraliter. Fenum super turba quod distribuens refici atur concupiscencia carnis intelligitur quam calcare ac premere debet omnis qui spiritualibus alimentis saturari desiderat. Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni. Distribuat ergo super fenum id est conterat et edomet corpus ut florem eius conculcet et tollat quisquis panis uiui cupit sanari refici. Quot centeni et quinquageni restituuntur. beatus Gregorius xpi mor. exponit dicens quod diuisi conuiuarum distribucionis distincciones ecclesie que una catholica fide designatur. Iubilei autem requies quinquagenarii numeri mistio continetur. Quinquagenaris dicitur ut ad centenarium ueniant. Prima ergo perfecta quies a malo opere ut plenius anima quiescat in cogitacione. alii quinquagenos alii centenos discumbunt Et manducauerunt omnes et saturati sunt et sustulerunt de reliquiis fragmentorum vii cophinos plenos etc. Tercia clara est secundum allegoriam glosa exponit dicens quod hic scriptum sunt tunc quod v milia hominum

Morali[ter]

Et quod perfectionem quietis habere possunt corpus et mentem quam in corpore abutitur per uires ... ... a cogitationibus ... requiescunt

Allegorice

saturati sunt et quod per apostolos xii cophini fragmentorum colliguntur complebitur in fine mundi quando universitas fidelium saturabitur videndo deum facie ad faciem Et apostoli sedentes super sedes xii bene colligent xii cophinos quando iudicabunt xii tribus israel qui dicuntur reliquie ysaac et iacob et verificabitur quod scribitur in illa die reliquie israel salue fient Et ad maiorem evidenciam dicti iero. ubi ponit quod est refectio corporis sine saturitas que signat saturitatem sanctorum et etiam epiphanie est nodum quod est quintuplex saturitas

Saturitas quintuplex: Deficiens, Insiciens, Sufficiens, Proficiens, Perficiens

De primo saturati sunt divites huius mundi qui repleti diviciis et delicijs amplius quod appetant in mundo non inveniunt De quo in psalmo Saturati sunt filijs et dimiserunt reliquias suas parvulis suis. sed hodie est deficiens quia quando recedunt de mundo vanios et famelicos se inveniunt quia scribitur ecclesiastici xiiii Non saciabitur oculus cupidi De secunda dicuntur saturati impij et tyranni qui de alienis implent ventrem suum Ieremie v. Saturati sunt et mechati sunt Iob xxxi quis det de carnibus eius ut saturemur et ista dicitur insiciens quia vertitur in ventre eorum in fel aspidum et in venenum insanabile De tercia sunt saturati modesti homines qui sunt contenti de hoc quod habent nec aliud querunt et ista saturitas dicitur sufficiens De quibus in psalmo Edent pauperes et saturabuntur et dominum laudabunt etc. De quarta saturantur viri iusti qui bonis affectionibus replentur et virtutibus moralibus quia isti quantum ad appetitum quietantur et quantum ad mentem replentur sicut sunt homines electi De quibus dicitur Matthei v. beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quia ipsi saturabuntur moraliter loquendo De quinta saciabuntur beati in patria sicut dicebat psalmista Saciabor cum apparuit gloria tua Ad quam etc. Et nunc ad sensum tropologicum exponendo sic dico quod herodes secundum iheronimum interpretatur gloriatus in pellibus vel pellitus gloriosus Et sicut ego inveni in quadam glosa ex ordinaria herodes signat clericum de sua scientia gloriantem et scribentem quod de scientia quam in pellibus librorum

Saturitas quintuplex

Deficiens

Insiciens

Sufficiens

Proficiens

Perficiens

Sermo de secundum pro epiphania: Et surgit concept quintuplex

L

acquisiuit nimis confidenter et imprudenter / qui tetrarcha
debet esse / quia ipse debet regere et ordinare tres vires aie
s. Rationalem concupiscibilem et irascibilem ut communi modi
recte romis non sit rebellio in regno anime / sed sic regat
sua dicta et facta quod totum sit ad instructionem et doctri
nam audientium. Et non confitetur in acquisitis scriptis quod
sicut dicitur i cor iiii quid habes quod non accepi
sti. Et quia multi sunt herodes qui scientiam suam ma
gis ad ostentacionem et sui gloriam proferunt quam ad edificationem
sicut dicit Ieronimus ad damasum papam et ponitur in prologo
biblie. vbi dicitur sic. alii supercilio superbo. grandia
verba trutinantes inter mulierculas de sacris litteris philosophantur
et sequitur. hii ad sensum suum incongrua aptant testimonia
et cetera. Vide i sanctis de ista materia. Tales philippo abstulerunt
vxorem suam / philippus interpretatur os lapidis et significat
xpm / quia os predicatoris aut clerici scientibus literas debet
esse quod os dei / sicut ysa. xl. dicitur os domini locutum est / scientia
vero est vxor domini quia sacram scientiam domino ipsi debent
generare filios legitimos ad multiplicationem fidei et ecclesie.
Et ideo qui ad gloriam suam / ymo sicut dicit Ieronimus v. de
simone composito aurem ipsi mulcet et quicquid dicunt
hi legem dei putant esse tales generant ex herodiade
s. de scientia sua gloriosa vana / quia herodias interpretatur
pellicea gloriosa. filios spurios / ymo sunt plures qui phi
lippo furantur vxorem / sicut sunt illi qui bene dicta
aut facta aliorum sibi attribuunt tanquam si ipsi hec fece
rint / et de scientiis aliorum sibi gloriam acquirere qui furan
tur cupientes sicut Ie. xxiii dicitur ad prophetas qui fu
rantur verba mea et cetera. Tales incarcerant Iohannem
qui interpretatur in quo est gratia / quia scientiam aliorum in
qua est gratia sibi attribuunt. Alii necant sicut sunt illi
quod scientiam acquisitam quam de gratia dei adiuvante perceperunt
sed tanquam bonum in itos et suo labori non dei gratia attribuunt
indiscrete. Potest etiam moraliter quod herodes significat pre
latos aut principes qui gloriantur in pellibus .i. diuiciis
suis et potestatibus. qui Iohannem corripientem de suis
defectibus arguentem audire nolunt sed magis a se expel
lunt / sicut Amos. v. dicitur odio habuerunt corripientem ymo
sicut qui modo principibus s. istis hodiernis vitanda dicere

per

incarcerare sicut contingit Ieremie qui arguebat se dicturum
[illegible] vt pz Ie. xxxviii. ymo sibi dicetur hoc de sca. dicitur sunt
[illegible] iste non querit populo pacem sed malum
de hiis in impono silencium et ex causa sufficiant ista
p moralitate. Crisostomus Iohannes in omelia suo breuiter tropologice
exponit sic / caput legis qui est xpus de corpe abscidi
[illegible] .i. iudaico pplo et datur gentili puelle .i. ecclesie
ecclesie et puella dat matri sue adultere .i. synago
ge credituri in fine. Corpus Iohis bapte sepellitur
et caput tollitur quia lra humana tegitur spus in
altari honoratur et sumitur

Et conuenientes apli ad ihm etc. Postquam euangelista
tractauit de morte Iohannis hic / narrat de hiis
que xpus post morte Iohannis cum discipulis suis
egit / Et primo agit de apostolorum ad xpm reuisione et de
eius ista cum descensione. Scdo de xpi ad ipsum se se-
quentes miseracione. ibi et viderunt. Dicit igitur primo
quod apli redeuntes de predicacione ad quam xpus mi-
serat eos vt supra fuit dictum. renunciauerunt illi omnia
que egerant et docuerant / In hoc ut dicit Theophilus doce-
mur vt discamus etiam et nos cum in ministerio aliquod
mittimur non elongari et vltra commissum negocium
non efferri / sed mittentem visitare et renunciare ei omnia
que egimus et docuimus / non enim oportet solum docere sed
facere / Ex ista autem sequuntur tres conclusiones vz quod qui
mittitur ab aliquo ad aliquod arduum sicut erat officium
predicandi et miracula faciendi et alios docendi inter
alias virtutes multas quas debet habere in se

Sagacitatem viuaciorem	Primo debet habere sagacitatem
fidelitatem meliorem	etc. quia nullus debet tenere
sedulitatem cauciorem	locum prelati vel principis

vel occupare nisi habeat prudenciam que requirit memo-
riam et intelligenciam. ymo maxime experienciam quia
tales mittuntur ad aliquod arduum. scilicet ad distinctorem inter
lepram et sanum / ad discernendum quod agendum
aut fugiendum / Et ad consulendum ad vtilitatem mitten-
tis / et tales negocium sibi commissum peraurent et faciant
aut prudentes negociorum sunt nisi antiquiores et experti
commodo negocium ecclesie et res ecclesie [illegible] sepius committi

D.

Describitur primo discipulorum [illegible] a primo in apo. || Aplos compassio et

2o laborantium [illegible] doctrina spirituali i [illegible] illius venite

3 [illegible] [illegible] et ad ea hora

habe

Sagacitatis

Propriis

p[illegible] Dilu[illegible] Et ad [illegible] nisi an[illegible] exper[illegible] commodo

prius vel ydiotas inexpertos et negligentibus vnde dolendo ~~est~~ vnde Prov. xxvi. claudus pedibus scilicet qui mittit verba per manum stultorum id est verba predicacionis. Secundo debent qui mittuntur in arduis habere fidelitatem qualem sunt planum qui sunt missi ad fideliter exequendum que pertinet ad vtilitatem et honorem eorum. De qua materia diffuse tractatur et postilla mea super epistolam ad Titum vt quilibet prelatus sit quasi alter fabricius quem miserunt Romani ~~rex~~ contra pirrum regem qui sic se habuit quod de eo pirrus dixit quod sol perderet tamquam ordinem sui cursus quam fabricius notam infidelitatis incurreret. Vnde Prov. xxv. quoniam sicut frigus niuis in diebus messis sic nuncius fidelis ei qui misit illum. Tercio debent habere qui mittuntur in arduis sedulitatem ne ex torpore et desidia negocium pro quo mittuntur differatur a perdatur sed sit feruens in negocii execucione. Et licet ista in omni negocio arduo sint obseruanda maxime autem in negocio predicacionis ad quod discipuli Christi mittebantur et ideo bene eis tamquam sapientibus prudentibus et feruentibus illud officium a Christo fuit ~~est~~ commissum. Quod bene patuit quia ipsi quod fecerant et retulerunt Christus tamquam eis congratulans et eis compaciens ait Venite seorsum in desertum locum. Non est sermo specialem quod Christus sciens quod discipuli laborauerant incedendo per vicos et castella eos ad quiescendum inuitat. Et vt dicit glossa In hoc Christus ondit quod predicatores verbi diuini post laborem possunt recipere recreacionis competentem et quiescere. Sed contra istam glossam videtur esse gregorius in omelia de confessoribus dicens Non itaque predicator non ideo predicare debet vt hic vel laudis vel mercedis aliquid recipiat. Sed ideo aliquid accipere debet vt predicare non desistat. Ex quo contra dictam predicta duo habentur. Primo quia post predicacionem recreacionem aliquam per modum mercedis recipere non tenetur. Secundo quia sine labore post recreacionem continuare videtur. Sed quia vt habetur in c[apitulo] precedenti Christus ita feruenter predicabat quod spacium manducandi non habebat. Tercio quia apostolus prima ad Thess. v. precepit sine intermissione orare et premiis non accipere

Fidelitas

Sedulitas

De speciali dilectione apostolorum et discipulorum Christi quod dum narrat apostolos et collegas quos per se predicauit

Aduertendum

recreacionem solacij Con̄ est phus in iiij° ethi c. xv. d.
q requies et ludus est in vita ex necessarium Rndeo
et dico q requies est cessatio a labore labor autem
attenditur circa operaciones ad extra que proprie dicuntur
factiones que operationes fiunt a potencijs sive orga-
nis corporalibus que in operando laborant et fati-
gantur et ideo indigent requie sicut ph9 dicit x
ethi c. v° q omnia humana corpora non possunt continue
operari Alie sunt potencie interiores ut intellectus et co-
gitatiarum actiones sunt in se delectabiles quia sine
tristitia fiunt ut speculaciones mathematice sine tristi-
tia sunt ut dicitur x ethi et ideo ibi non est tantus
labor et per quas possunt continuari et si contingat
interim fatigari in intelligendo vel contemplando hoc est
racione ex turbacione fantasie que est potencia corporalis Et
ideo quando homo indiget solacio et ludo aut quiete
propter reparacionem fantasie ut melius postea possit
vacare studio sicut dicit ph9 in x ethi c. vi° ne
enim finis requies est sit enim gratia operationis Unde seneca
in ep. de copia verborum ad paulum dicit Non semper
in actu sis sed modicum animo tuo requiem dato et
semper ista sapientie studijs et cogitacionibus bonis
Unde in policratico li° viij° c. xxij et accepit a valerio
maximo li. viij c. ix narratur q socrates quando cum
pueris suis ludebat unde ab uxore sua derisus est
qui vidit et sunt verba policratici ibi Interdum sa-
pienti familiare est ociari non ut virtus extinctum
evanescat sed q magis vigeat et recreetur Et ex isto
patet ad auctoritatem Gregorij quia predicator laborat
duobus modis et corpore et intellectu ideo indiget
aliquantum recreacione ut melius valeat postea predicacioni
possit et valeat vacare et intendere Et ideo sic faciebat
xpus ut patet in textu Et ratio apli ex dictis soluta
est Et quia ut dictum est apli laboraverant corporaliter
eundo per vicos et castella et intellectualiter predicando
et orando Ideo ut quiescerent aliquantulum et recrearentur
a labore dominus vocavit eos ut venirent in desertum locum
videlicet extra tumultum turbe et populi et iste est sensus
litteralis Veniamus ad sensum tropologicum Moraliter q ut supra

tropolo^ce

dam fuit desertum licet iiii^or per que iiii^or designantur que debent in predicatore esse. licet enim dictus te- // temperantie
mittatem et comparatur penitencie / florum suauitate
et comparatur sanctimonie / situs ariditatem et comparatur
penitentie / honum solitudinem et comparatur contemplacioni
glorie. Et quod omnia competant predicatori et prelato
sancto et quo qui voluerit videre videbat lecturam
meam super epistolam ad titum et ibi inveniet diffuse
et de ista materia et ideo hic de isto supersedeo causa bre-
uitatis. Secundum ad sensum allegoricum exponit theo-
logus in hoc quod xpistus duxit eos in desertum dat intelli- // Allegorice
gere allegorice quod prelatus aut predicator qui fideliter labo-
rauerit requiem eternam promeretur. Unde dicitur sic
In desertum aut recedit longe petere humili[illegible]. Secundo
aut facit xpistus discipulos suos ut addiscant quod presentes
quod qui laborat et simone requie eternam promereretur.
Tercio allegorice ita exponit Venite seorsum etc. seor-
sum ducit quos elegit ut inter malos viuentes ma-
la non attendant / ut loth in sodomis / et Job in tera
hys / et abdias in domo achab. Et aut requiescite pusillum.
paululum ut aues in ramis synapis. pusilla enim est hu-
ius requies sanctis longus labor. Sed post ea dicitur illis
ut requiescant a laboribus suis. Beda sic dicit dere-
licta est iudea que s. per turbam designatur. et in deser-
tum predicatores sancti dicunt qui apud iudeam non
credente sed contradicente aliquamdiu quam ebulonum
sarcina fatigabantur. De gratia fidei gentibus collata
requiem habere nacti sunt. Secundum secundum bedam quod necessitas // et cum fuit illis et [illegible] vel de. Erant
fuit concede de re qui ei discipulis subsequitur. quod dicitur
Erant qui veniebant et redibant multi et nec spacium
manducandi habebant. Ad literam tanta erat turba
venientium et redeuntium hinc et inde quod vacare non
poterant ad refocillacionem sue famis sine releuacionem / et m // hec plus fideles et
litera est clara / et ideo ascendunt in nauim et abierunt
in desertum locum. Ista litera non indiget expositione
literali et de morali dictum est supra. Sed Jeronimus exponit
istud allegorice sic exposuit quod eius istud tempore exponit
istud de statu ecclesie militantis et triumphantis. Unde

[illegible]

volens q in ecclia militante et sunt qui veniunt exmitus
et sunt qui recedunt exdemitus / qui recedunt ab ecclia
militante non possunt venire ad ecclesiam triumphante
Unde in figura ipe dicit sic Erant qui veniebat etc. In
archa noe aialia que intus erant foras mittebant
.s. immunda / et que foris erant intus eiciebant .s. mun
da. Sic in ecclia iudas discessit latro accessit / qz
quidam reced a fide nec eccle reg[...] est sine merore
Rachel ~~raphael~~ plorans filios suos noluit consolari Et tunc
de triumphanti concludit Non est hic convivium in quo
bibitur vinum novum. tunc cantabit canticum novum
qui morte h[...] induet immortalitatem Et ad confirmacionem
dicti Ieronimi magistri attendendo ad sensum tropologicum
et moralem est sciendum q omnes illi qui ad ecclesiam
catholicam veniunt veniunt sicut ~~ad domum refugii tuicionis~~
~~Scolam consilii melioris~~ Primum pz quia ecclia
~~Castrum auxilii vectoris~~ Xana est complementum
~~Consorcium gaudii sanctore~~ figure de qua dicitur
in deut° 19 q moyses fecit civitates refugii in quibus
vincentes salvi erant / quod in veritate de ecclia catholica
ad impletur / Unde ps dicebat Esto michi in deum
protectorem et in domum refugii ut salvum me faciat.
Scdo est ecclia sive xpc scola consilii etc. quia scola venie
di ad salutem ibi quilibz docetur et consulitur Unde
ysa 2 Venite ascendamus ad montem domini et ad
domum dei Jacob et docebit nos etc. Tercio est xpus
et ecclia sua castrum auxilii contra impetus mali
gnorum spiritum Unde bene clamabat Ieremias in c°
Ecce nos venimus ad te domine deus noster Vere
in domino deo nro est nra salus Quarto est ecclia
et xpus consorcium gaudii quia facit leciciam Sicut
dicit Ieronimus in auctē nulli est sine merore nec e
in regnum [...] deo dicit ps Venite exultemus domino etc.
Et q de ecclia militante pervenimus ad ecclesiam triumpha
tem bn dt ysa xxxv° Venient in syon cum laude
et leticia sempiterna erit super caput eorum Et istud
erit cum eis dicetur Mt xxv Venite benedicti patris
mei etc. Et sic pz q illi qui veniebant ad sui saluta
cionem erudicionem et melioracionem veniebant, Et q recedebant

Tropo.

[...]placie

ab eo sicut et nunc qui a deo sive ab ecclesia catholica rece
dit recedit ad suam confusionem destructionem maledictionem
et dampnacionem. Unde dicebat Jeremias xxii c° Ma
ledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem
brachium suum et a domino recedit cor eius. Nam tali
bus dicitur Mathei xxv° Recedite a me maledicti in
ignem eternum etc. Et sic patet finis sive moralis quod bonum
est ad xpm accedere et malum recedere. Et ideo quidem dicitur in
littera quod s. ipse predicacionem apostolorum erat multi venientes ad
ipsum vz. Beda hic in 9° suo clamat: Intima in uno
eius reducit ut tanta instantis vel frequentia fidelium in
sistat auditorum que nec liberum eis curandi corporis
spatium concedat. Unde est dictum ut auditores ubi dei essent
intenti quod non tantum de corpore curaret sed de salute anime.
Et sequitur quod ascendentes in navim abierunt in deser
tum locum seorsum. Secundum literam patet quod istud fecit xpus
ad discipulorum suorum quietacionem et relevacionem. Quid
per navem et per desertum moraliter significetur pluries
superius dictum fuit.

Et viderunt eos abeuntes etc. Hic ut dictum fuit supra
describitur condescensio xpi ad ipsos ipsum sequentes.
Et primo describitur ista condescensio in . phariseorum confutacione
in primo vii° capitulo. Et primo describitur ista condescensio ad
ipsum eos reficiendo et pascendo. Secundo ad discipulos eos
a periculo liberando ibi: Et coegit discipulos. Tercio infir
mos curando: Et cum transfretassent etc. In prima parte dicitur
quod xpus et discipuli eius viderunt abeuntes eos s. qui
venerant ad xpm quia fatigati erant tunc eundo sive
attediati manducando sive vexati in ieiunando et ideo
erant abeuntes. Beda in quinto suo dicit quod ultra alia
maris sive Jordanis rippam navigio pervenire discipuli
cum domino sed transfretantes navem aliquo freto aut stagnio
proximos eiusdem regionis adierunt quo et indigene
pedestres pervenire potuerunt. Et ista est expositio literalis
secundum Bedam. Theofilus in quarto suo exponit d. pedestres
de omnibus civitatibus occurrerunt illuc et prevenerunt eos
Ita tamen xpm non expectantes quod ipse veniret sed percurrens eum
previnas. Secundum quod exponit Theofili est aptius. Unde Ro. ix.
Non est volentis neque currentis sed dei miserantis. Ad
tractans Augustinus contra Julianum hereticum li° ii° et recitat

mgr sniarum li° ii° dis xxvi c ii quia Iulianus dicebat q bona voluntas gratiam dei preueniebat sic q bona volun ex libero arbitrio ipi esse dicebat atq hominem p liberum arbitrium posse bonum velle et agere sine gratia preueniente asserebat / et istud videtur sequi ex dictis theophili sz q hoc ait Aug ubi s sic non est currentis neq volente s miserantis dei hoc si attenderes Iuliane non extenderes q gratiam inita voluntatis humane. Non enim misericors ideo deus alicuius quia voluit et cucurrit sed ideo voluit et cucurrit quia miseratus est deus / Et concludit mgr sniarum. o apte insinuat quia voluntas hominis gratia dei preuenitur atq preparatur vt fiat bona non vt fiat voluntas. quia et ante gratiam voluntas erat s non bona erat. Ex hiis pz q discrete intelligenda sunt verba theophili Super hoc q dicitur in textu q multi de ciuitatibus pedestres cucurrerunt et preuenerunt eos / quia sensus litteralis clarus est / quia illi indigene erant magis prope et ideo preuenerunt alios qui sibi sequebantur magis a longe / Dicit tamen glo marginalis q istud tropologice signat q etiam gtis plebs que per pedestres intelligitur peruenit in gratia et citius ad deum appropinquat per humilitatem quam prelati et magni qui in superbia sua cum pompis voluerunt sequi dominum iuxta illud ps hy in curribus et hy in equis nos autem in nomine inuocabimus. Quod etiam bene potest congrue adaptari ad glosam quia in sacra scriptura non legimus equitasse nisi vnum solum prelatum et ille [illegible] occisus est a leone vt pz iii Reg xiii Balaam equitauit sz ab angelo mors sibi minabatur Num xxii. Et ad propositum bene dicit phus x ethi c x possibile est principes terre et maris non agere bona et n a modicus s diuicijs poterit quis agere secundum virtutem ydiote enim i inferiores ut exponit auerroys non minus potentibus studiosa agunt / Et ideo si placet sit dico [illegible] est q ex quo tanta et talis pompa in equitaturis et excessibus a prelatis venit in eccl̄ia dei / ipa incepit contrariari et minui Sz de hoc nichil plus ad presens / Sed in textu Et exiens ihesus vidit turbam multam et misertus est super eos quia erant sicut oues non habentes pastorem / ante aduentum xpi totus mundus erat sine pastore spirituali lo^do quia non erat qui doctrinam et monita salutis populo ministraret Sz erant sicut oues errantes quia alij sic alij sic ibant

Marginalia: 1 Reg 13

Misereri duplex ... [illegible]

Et quilibet adorabat quod sibi melius videbatur iste unum idolum alius aliud et sic de multis. Propter quod dicebat micheas iii Re. xxii vidi cunctum populum dispersum in montibus quasi non habentes pastorem. Et Iudic. x. dicitur quod populus israel erat sicut oves quibus non est pastor. Et similiter scribe pharisei sacerdotes et principes iudeorum illius temporis erant sicut lupi rapaces spoliantes populum et dissipantes, contra quos plane clamabat Ezechiel xxxiiii c°. O fili hominis propheta de pastoribus israel qui pascebant semetipsos et lac comedebant et lanis operiebantur etc. vos quod periit non quesistis sed cum austeritate imperabatis eis et dispersae sunt oves meae eo quod non erat eis pastor. Sed iam visitatum fuit quod promiserat deus per ezechielem prophetam xxxiiii c° dicens iudicabo inter pecus et pecus et suscitabo super ea pastorem unum qui pascet ea pastorem unum qui pascet ea. Et de quo dixerat Ysa. xl. sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo et congregabit agnos in sinu suo. Tunc qui in... qui non solum eum sequentes pavit pane materiali corporali sicut scriptum habetur in textu sed pavit eciam credentes pane spirituali ... et in textu hic dicitur quod cepit eos docere multa. Tunc ipse velut bonus pastor fecit iiii que debet facere prelatus quilibet erga gregem sibi commissum scilicet

Pascere fertiliter — De primo habetur Sapi. xvi
Custodire fideliter — non nativitatis fructus pa-
Diligere cordialiter — scunt homines sed sermo tuus
Tractare amicabiliter — hos qui in te crediderint conservat

etc. De ii° Ie. xxxi. Custodiet sicut pastor gregem suum etc. De iii° ipsemet de se dicebat Joh. x. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat etc. Ibidem ego diligo oves meas etc. De iiii° bene dicebat apostolus Heb. xiii. Deus pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum in sanguine testamenti eterni dominum nostrum ihesum christum aptet vos in omni bono ut faciatis eius voluntatem etc. Ecce pastorem fidelem, solicitum, amicabilem et bonum, ad quas oves querere et custodire pertinet non potuit sicut dicebat Ier. xvii. Non sum turbatus te pastorem

Spoliantes in quantum populum a bonis temporalibus. Et dissipantes in bonis spiritualibus per malum exemplum.

sed ubi ... diccione ... in ... capitulo x.

sequens etc. Et de isto pastore qui oves dispersas et errantes sic congregavit bene ad propositum dicebat petrus apostolus in prima epistola c° ii. Eratis sicut oves errantes sed conversi estis ad pastorem et episcopum animarum vestrarum etc. Videant hic nunc prelati qui pastores ordinant super greges suos utrum sint veri pastores aut mercenarii

ne quos debent
pascere spolient
custodire mactent
diligere dimittant
curare amicis conferant

Et verificatur de eis illud ysaie lvi. Speculatores ceci canes ipsi muti et non valentes latrare. Sequitur pastores ipsi ignoraverunt intelligentiam omnes in viam declinaverunt unusquisque ad avariciam suam a summo usque ad novissimum etc. Sequitur maledictio. Ita quod de uno quoque istorum verificetur quod clamat zacharias propheta xi c°. O pastor et ydolum derelinquens gregem etc. Sed de hoc alibi satis tractavi. Sequitur quod dominus misertus est super eos. Et in hoc declaratur infirmitas humanitatis nostre fuisse in christo et duae voluntates in ipso contra donatistam et pullam hereticos. Et curavit languidos eorum secundum matheum. Unde dicit beda hic quod istud est vere misereri pauperum etiam non habentium pastores videlicet eis viam veritatis docendo aperire et molestias corporales meditando auferre. Unde quantum ad istud sensum secundum in textu Et cum hora multa fieret accesserunt discipuli eius dicentes desertus est locus et iam hora preterit scilicet quod deberent populi comedere. Dimitte illos ut euntes in proximas villas et vicos emant sibi cibos ut manducent. Littera est clara. Theofilus dicit quod discipuli christi quoniam pastores in ecclesia dei locum representant et hominum amore proficiunt curantes eum in ipsis accedunt ad christum et pro eis intercedunt. Quasi diceret quod etiam prelati non tantum de se sed de gregibus sibi commissis curare deberent ymo deum exorare pro eis ut non solum corporalem refectionem daret sed cibum sermonis dei deberent eis prebere. Contra in lucam habetur dicere ceperunt declinare / sicut modo videmus quod iam hora multa fit quod nullus modernorum prelatorum de plebe curat / quod ipsi dicere deberent sibi invicem hora est iam nos de sompno surgere sicut dicit apostolus Ro xiii. Sed dimittunt plebem famelicam ymo

Pondera apostolorum quoniam fama[?] multorum sit operatur[?]
videlicet panum multiplicatione
Et primo po[?] multiplicacione
prima pondera[?] humilitatem[?]
docuit ibi Et dixit
recepit. Secunda[?] pro[?] ...[?]
... dicitur ... [illegible]
secundo dimisit pre[?] ...
ibi Et ... dicens
... turbas[?]
... discipulis[?] ...
... locus ... quia
desertus est locus
secundo ... turbas[?]
et iam hora preterit
tercio ... famelicus[?] ibi
dimitte eos

utroque pabulo corporali et spirituali carente. quasi diceret videt hinc et inde et quaerant sibi escam ab aliis/ quia hic plebs de refectione spirituali potest dici illud Psalmi cxxiii: ubi in horam hanc esurimus, sitimus, nudi sumus, sed certe veniet hora inopinata qua ipsi reddent rationem villicationis suae. Et ideo dominus temptans discipulos dicebat eis **Respondens autem illis: Date eis manducare**. Dicebat eos non habere virtutem tantam ut possent eis dare tantum, ut dicit Thomas vii parte, in quo hic benedicat. provocat apostolos ad fractionem panis ut illis se non hic testantibus magnitudo signi notior fiat/ simul insinuans quia cotidie per eos, scilicet prelatos qui per discipulos intelliguntur ut dictum est, ieiuna nostra sunt corda reficienda, videlicet nunc eorum exemplis vel verbis ad amanda caelestia suscitamur.

Et statim coegit discipulos ascendere navem. In ista parte ut supra dictum fuit innuit evangelista marcus quoddam descensionem Christi ad discipulos eos a periculo liberando/ et possunt dividi sed quae in isto facto plura sunt sed patebunt textum exponendo. historia talis est/ postquam Christus satiavit turbam miraculose ut dictum est postquam Christus ipse precepit, ymmo coegit discipulos ut fugiendo turbam ascenderent et transfretarent ad Bethsaida quae erat civitas in Galilea, ubi Petrus et Andreas fuerunt nati sicut/ sicut fuit dictum. Et notanter dicit coegit. quia nolebant eum dimittere solum cum quia nimium affectum ad eum habebant/ tunc etiam ex solicitabantur quod ad eos rediret/ et quando mox ascenderent navem et intraverunt in mare/ sicut dictum fuit supra. Mare Galileae non est nisi unus lacus per cuius medium fluvius Jordanis currit. et est aqua dulcis in eo habens pisces optimos. Et durat in longitudine quasi dimidiam dietam/ et quartam unius dietae in latitudine. Et quia sunt montes prope qui ventum flant fit magna commotio undarum et est periculosus tunc ad transfretandum. **Et cum autem dimisisset ipsam ipse solus ascendit in montem orare.** Quare sic coegit discipulos ad transfretandum et quare dimisso populo solus ascendit in montem

Ponit humilitatis doctrinam contra eos qui faciunt mirabilia cavendo ne eis applaudatur. Et cum regem facerent. Et per hoc discipulos imperat transfretare. et hoc quia populus volebat eum ... valebat ... et capere et ...

Ponit Christi videntes pro ceteris quod dicit ... vestigia ... ut vere paste quae in nobis est ... // notior fiat

ff

Vide de folia. Et dixit eis ... pauci habent

scilicet Lyra: discipuli nolebant recedere ab eo magistro suo. cuius presentia et doctrina delectabantur eum quaerere.

potest ... in oratione ... ad ... No. Et est ... scilicet a turbis recedendi ... orandi ... et ...

Iohannes evangelista reddit causam quia Ihesus cognovit quod venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem ideo ipse fugit solus in montem. Beda in 9to dicit quod hoc fecit ut nostrum nobis vivendi monstraret exemplum. ut in bonis que agimus humanum favoris retributorem vitemus neque nos operacio virtutum spiritualis ad quempiam reflectat temporalium voluptatum. Et sequitur cavemus quod multo periculosum est in hiis que recte agimus adversancius nos impetitur fatigari quam honoranciam favore demulceri. Post eciam Beda nonum dicit quod bene orat qui deum orando querit a terrenis ad superiores progrediens virtutes. Nam qui pro divicijs aut honore seculi sive pro morte inimici orat ipse in infimis iacens viles domino preces fundit. Sed quare orabat Christus cum non indigeret impetrare ad a patre suo cum ipse esset comprehensor. Et quia pater omnia tradiderat filio Eciam quod orabat tunc de se quod sibi placebat facere poterat. Ad istud glose videt Beda in quarto suo sic dicens. Orat autem dominus non pro se sed pro me Nam et si omnia posuit in manum filij filius tamen ut formam hominis impleret obsecrat patrem pro nobis quia advocatus est nobis. unde advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum. Si quis advocatus est de pro nostris miserime peccatis. Non enim quasi infimus obsecrat sed quasi prius impetrat omnia que vult pro quia advocatus et iudex non est alterius propri officium alterius potestatis insigne.

Tunc sero esset navis in medio mari et Ihesus solus in terra. Glosa ordinaria dicit hic Omnia deus ut alij eciam deseruisse unde psalmista dicit quod dereliquisti me longe a salute etc. Sed quia differt auxilium non aufert subsidium. Beda in suo quinto dicit sic Navis erat in medio mari et Ihesus solus in terra quia nonnumquam ecclesia tantis gentilium pressuris non solum afflicta sed et defedata est ut si fieri posset redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur. Unde illa vox eius inter undas et procellas temptacionum gemebundo clamore dicentis ut quid domine recessisti longe despicis in opportunitatibus in tribulacione. Sed non vere ille obliviscitur clamorem pauperum neque avertit faciem suam a sperantibus in se

sed deus egris non delungit sed etsi differt non videt te[?] corroborat

in prelio

Post Mirakel in Marsc[?] ...

quin potius et clamores cum hostibus ut vincant adiu
vat et viatores incolumes coronat. Unde bene subdit
quod vidit eos laborantes in remigando. erat enim ventus
contrarius eis. Thomas in suo quinto quasi admirans querit
cur mare xpus qui tunc debebat eorum pericula compescere
tunc maiorem eis incutit timorem. Et respondet quod dominus
permisit periclitari discipulos ut fierent pacientes unde non
statim astitit sed per magnam noctis partem periclitari per
misit ut doceret eos pacienter expectare et non a primo
in tribulacionibus sperare subsidium. Et circa quartam vigiliam
noctis venit ad eos ambulans supra mare. Circa
ad litteralem est primo videndum quid intelligitur per
quartam vigiliam noctis. Beda dicit quod staciones et vigi
lie i. excubie militares in tria horarum spacia divi
duntur. Et ita dicit Vegecius de re militari. Iuxta ergo
Bedam quod dicitur quod quarta vigilia venit ad eos ostendit apo
stolos tota nocte periclitatos et extremo noctis tempore i.
in aurora eis auxilium prestitisse. Unde Crisostomus dicit quod
vigilie noctis i. nox ipsa secundum sacram scripturam dividitur
in partes quatuor et quelibet vigilia continet tres horas et
sic quando xpus venit ad eos erat bene noctis hora quasi xi
et erat prope auroram. Unde eciam quarta vox dividitur in
quatuor partes. Prima pars est conticinium et est post crepuscu
lum. Secunda est intempestivum vel intempestum
i. quando est profunda nox et non mensuratur tempore scilicet
unde in libro Sapientie dicitur in tempeste noctis silencio. Tercia
pars dicitur gallicinium i. galli cantus. Quarta est
antelucanum i. in primo aurore vel paululum ante
auroram. Et illa quarta vigilia viderunt apostoli xpum ambu
lantem supra mare. Et istam distinccionem videtur tangere
dominus Marci xiii capitulo. Ubi dicit sero an media nocte aut
galli cantu aut mane. Et istud solum pertinet ad sensum
litteralem. Et ideo eciam est hic videndum quomodo xpus ha
bens corpus verum carneum et ponderosum super aquam
fluidam non infusis pedibus potuit ambulare et
istud dubium tangit Beda in quarto suo. Unde pro isto
dubio et propter alias dotes sciendum quas xpus hic
in mundo existens cum naturam humanam corporis se habere est ostendit
ostensus. Habuit enim subtilitatis dotem quando exivit de beate
utero

Erat enim ventus contrarius eis ... Mistice ... [illegible]

Litteralis

Conticinium 1.
Intempestum 2.
Gallicinium 3.
Antelucanum 4.

Nota

Subtilitas

Claritas
Inmortalitas
Agilitas

virginis sine fractione pudoris virginei et qn intrauit
ad discipulos Ianuis clausis | Dotem claritatis in
sua transfiguracione qn facies eius resplenduit sic sol
Dotem immortalitatis habuit post resurrectionem suam Do
tem agilitatis habuit hic qn ambulauit supra mare.
Quidam preterea in hoc non attendentes puta heretici
dixerunt xpm habere corpus fantasticum Non verum sicut
fuerunt manichei | et valentinus heretici et sui sequaces
qui dixerunt xpm habere corpus celeste. et nichil assum
psisse de beata virgine sed transisse per eam sicut per fistu
lam Cuius contrarium ostendit saluator plane luce vltimo. vbi di
scipulos reprehendit qui prius credebant se spiritum videre
sicut hic qn putabant fantasma esse | Etiam theodorus
pharanitanus episcopus sicut recitat Bede in 9to suo propter
istud dixit corporale pondus non habuisse dominum in carne sed
absque pondere et corpore super mare ambulasse | Cuius oppositum
tenet fides orthodoxa et bene ymo dyonisius in
libro de diuinis nominibus sic dicit Ignoramus enim qualiter
de virgineis sanguinibus alia lege preter naturam formabatur
Et qualiter non infusis pedibus pondus habentibus
de ambulabat in humidam et instabilem substanciam Sed quia
nichil est deo impossibile ideo non debemus mirari Sed
enim verum deum credere qui potens erat hec facere
Quod non bene attendentes apostoli putauerunt fanta
sma esse et exclamauerunt. scilicet pre timore Notandum hic quod
quadruplex accipitur fantasma primo in philosophia. quia secundum philosophum fanta
sma est species alicuius sensibilis retenta in fantasia et
tunc se habet ad intellectum sicut sensibile ad sensum | quia
intelligentem in actu necesse est fantasmata speculari
vt dicitur. iii. de anima. Aliquando dicitur fantasma quasi
fasma. i. apparicio. siue sit rei existentis siue non | et ita
Auerrois in de sompno et vigilia vocat sompnium fan
tasma Et dicitur esse visio vana ut dicitur in katholicon
Aliquando accipitur pro apparicione alicuius inconsueti videre vel
cognoscere. sicut sunt apparitiones spirituum vel huiusmodi et tale
quod aliquando dicitur fantasma et incutit timorem sic fuit
hic. quia credebant spiritum videre non hominem quod ambu
labat supra mare Quarto ad sensum allegoricum dicit
hugo neapolitanus quondam episcopus et post fuit cardinalis
Romanus in postilla qua fecit super marchum dicit capitulo vi vbi est

et materiale ... (margin, line 18)

Fantasma

Allegorice

p^m legis tradiciones
ii^m prophetarum visiones
iii^m cerimoniarum figuraciones
iiii^m xpi erudiciones

Circa autem ad primas tres premisit deus laborare eciam discipulos quia tunc omnia in figura [illegible] contingebant eis ut dicit Apostolus p^a cor x. isti non poterunt venire ad auroram quarte vigilie ut aperte cognoscerent suam liberacionem quousque in iiii vigilia per doctrinam xpi et apostolorum cessavit umbra quievit tempestas noctis preterite. Glo. imaginaria que attribuitur Anselmo decano laudunensi dicit quod quatuor vigilie possunt dici

Contemptus divitiarum
Contemptus dignitatum
Contemptus delitiarum
Appetitus virtutum

In tribus primis contra eorum tempestates et inundaciones tempestuosas eciam discipuli s. homines fluctus navigantes

isti multum laborant et quia contra ventus superbie contrarius eis donec per appetitum virtutum quod in aurora apparens deus per graciam veniat et prestat auxilium ut contra tales tempestates victoriam habeant et quod cesset ventus elacionis vane et quiescat tempestas temptacionis nocive. Circa autem ad sensum moralem potest dici quod quatuor vigilie sunt

peccati detestacio
penitencie acceptio
non recidivandi intencio
cordis et corporis confessio

Certum est quod in tribus est labor et retardacio magna peccatoribus contra temptaciones pugnantibus et navigantibus

donec in quarta vigilia veniat deus et per graciam suam respiciat peccatores et temptaciones sedet et mitiget. Sic in figura dicitur Exo. xiiii. quod advenerat vigilia matutina et erat dominus respiciens super castra egypciorum et interfecit ipsos filios israel liberando. Et in istis vigiliis est deus prestolandus sicut dicit ps. anticipaverunt vigilias oculi mei. Tercia et si iiii^or vigilie accipiuntur secundum iiii etates hominis que sunt adolescencia. iuventus. etas perfecta hominis. et senectus. semper est dominus expectandus ut succurrat quia nescitur quando veniet. ymo in laboribus et tempestatibus huius mundi qui dicitur mare magnum et spaciosum in ps. quia insecit querens quem devoret. Oportet sunt vigilare expectantes dominum ut veniat ad succurrendum

Margin: virtutum; Tropo[logice]

sicut luc. xii. d. quia si venit in secunda vigilia tercia vel
quarta et invenit eos vigilantes beati sunt illi.

¶ Sequitur Et volebat eos preterire .i. fingebat quod
vellet preterire eos luc. xxiiii dicitur quod discipulis
euntibus in emaus finxit se longius ire nec
fuit ibi duplicitas aut falsitas ut dicit Gregorius in omelia
sed hoc fecit ut ostenderet se eis talem [illegible] qualis apud eos
erat in mentibus eorum erant enim dubii in fide et
ideo apparuit eis in peregrina effigie. Et ideo quia tales
appariciones fiunt communiter secundum disposicionem interiorem personarum
quibus fiunt et eodem modo dicitur hic. quia sicut dicitur
hic post apostoli adhuc non intellexerant de panibus erat
enim cor eorum excecatum. Et patet quia putabant fantasma
esse. Sed Augustinus in de consensu evangelistarum querit quomodo
volebat eos preterire quos paventes confirmat. et respondet
quia in hoc quod ostendebat se velle eos preterire. excitare eos
ad clamorem volebat quibus subvenire oportebat
iuxta illud Ad vocem clamoris tui statim ut ex
audierit respondebit tibi. Et istud scribitur ysa. xxx.
Dupliciter exponit istud quod volebat eos preterire. primo [illegible] secundum
quod querens [illegible] volebat dominus preterire eos tanquam alios
ad quos de periculo naufragii liberandos advenerat nisi
ut ad horam turbati et paventes sed comminus liberati
amplius ereptionis sue miraculum stuperent et sic
maiores ereptori suo gracias referrent. Et pro moraliter
exponens pulcre dicit sic. Sepe enim ita fideles in
tribulacione positos superna pietas deseruisse visa est
ut quasi laborantes in mari discipulos preterire ihesus
voluisse putaretur. Unde est illud psalmiste et ecclesie in mar
tirii certamine desudantis. Quare oblitus es. et quare
me repulisti et quare tristis incedo dum affligit
me inimicus. dum confringuntur ossa mea etc. Sed dum
[illegible] dicentes ubi est deus eorum. Quasi naufragium (?)
fessis apostolis dicit deus eorum. Cum transieris per aquas
tecum ero et flumina non operient te. Cum ambu
laveris in igne non combureris et flamma non ardebit
in te. Unde et recte hic subditur. Statim locutus
est eis et dicit. confidite ego sum nolite timere.
Ergo se expedit dicens statim in voce agnoverunt eum

Beda

Nota

Rō

[illegible marginal notes]

et timor solutus est. Et nonum dicit Confidite. Prima qui
confidit in domino habet adiutorem virtuosissimum, defensorem
viscosissimum, protectorem graciosissimum, consolatorem amo
rosissimum, salvatorem gloriosissimum. Primum patet primo Mach.
xv. quod Iudas Machabeus confidebat in domino semper au
xilium sibi a domino affuturum. Secundum patet secundum dicebat psalmista In
domino confido quomodo dicitis anime mee transmigra
re. Et Eccl. xi. dicitur Confide in deo et mane in loco
tuo. Tertium patet tertium dicebat psalmista In domino confido non erube
scam. Unde bene dicebat Daniel iii. non est confusio
confidentibus in te domine. Quartum patet quartum dicebat apostolus ad
Phil. ii. confido in domino quia veniam ad vos, scilicet ad
consolandum. Quintum bene dicebat salvator Johannis xvi. confi
dite ego vici mundum. De quinto habetur Matt. xx. confide
fili remittuntur tibi peccata tua. Et propter ista simul
bene dicitur in psalmo Bonum est confidere in domino quam
confidere in homine. Et nondum est etiam quod bene dixit
Confidite ego sum, quia nominavit se. Prima ipse proprie
est qui est. Exo. iii. dicitur quod deus dixit Moysi Ego sum
qui sum. Et qui est misit me ad vos. Secundo deus dicitur
proprie is qui est. Prima immutabilis sicut per prophetam
de se ipso dicit Mal. iii. Ego sum deus et non mutor. Et
est invariabilis quia apud eum non est transmutacio nec
vicissitudinis obumbracio ut dicitur Jac. i. Et quia
ipse est qui est per essenciam suam. Alia etiam sunt et
habent esse per participacionem. Etiam quomodo mali dicuntur
non esse et quod demones non esse dicuntur. Istud diffuse tracta
vi in lectura mea super epistolam ad Titum c. in lectione
xiiii. De hoc quod ipse dixit Nolite timere dicit Beda
in omelia sua hic et habetur quod prima subvenienda trepida
tium et pusillanimium est maxime cordibus expellere
timorem, sic a tempestatum furias sive pericula virtute
compescere. Et ideo primo ipse dixit Nolite. Secundum naturam
instructio aliqua et solacium est hic, sciendum quod oppo
sitorum plurimorum fuit auctor opinionis et secte fuerunt
Tullius ut patet in Paradoxis contra dominos quaestione sexta. Et Seneca
ut patet in lxxii. epistola ad Lucillum que incipit quod inde

Adiutor virtuosissimus
Defensor fortissimus
Consolator amorosissimus
Salvator gloriosissimus

et quod homo maxime virtuosus si sit non potest in parte
racionali turbari ex aliquo extrinseco disgaudio sed manere
intrepidus. Et policratus in libro suo ponit exemplum de
uno stoyco qui in tempestate maris fuit turbatus
ex timore. Unde post tempestatem fuit de hoc redargutus
Antiqui tamen et secta pytagoricorum tenuerunt sicut patet in libro
ethicorum quod homo eciam virtuosus turbatur ex disgaudimento
apprehenso non tamen deviatur aut frangitur a constancia
racionis ymo per virtutem portat honeste bonas et malas
fortunas ut patet iii° ethicorum. Quomodo quid sit de parte sensitiva
sicut patuit in Job. Et sicut ego diffusius tractavi
in lectura quam composui supra Job. Quia racionalis stat
sub quolibet pondere sicut intelligimus in principio. sicut dicit
in primo ethicorum c. xiiii. et sic loquitur boecius iiii° libro de consolacione
ipsa ulterius unde licet pars sensitiva possit dici sicut dicit
Seneca ubi supra quia mordetur vincitur et ymaginatur et sic
dicit philosophus iii ethicorum c. ix. quod erit insanus aliquis et
sine sensu si nichil timeat neque motum terre neque in
undaciones. Sed tamen a racione non deviatur ymo for
tunas feret optime et omnino prudenter ut dicit philosophus
i ethicorum xiiii. Et ita posset dici in proposito quod apostoli quantum
ad partem sensitivam fuerunt commoti et vexati. Unde ex
clamaverunt timore inundacionis et tempestatis. Tamen
non debebant dici a constancia virtutis et racionis. Sicut
Moyses dicebat populo exo. xiiii qui transibant mare.
Nolite timere state et videte magnalia que facturus
est dominus. Maxime quia eis dicebat xpus Confidite
nolite timere quasi dicat habentes

Adiutorem
Defensorem
Protectorem
Consolatorem
Salvatorem

unde bene dicitur Je. xvii° benedictus
vir qui confidit in domino et erit
fiducia domini eius. Scilicet non timebit
cum venerit estus tribulacionis
sive tempestatis. Et specialiter loquendo

quia confidimus in deo non debent timere

Dyaboli temptaciones
Mundi oblectaciones
Carnis insultaciones
Et summe debilitaciones

Quia debent in domino con
fidere qui non patitur vos tem
ptari ultra id quod potestis
sicut dicit apostolus i° cor. x.

et ergo nos non timere sed resistere talibus tamen habeant
deum propicium quia dicit Beda in commento suo sic. In

Post [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tempestate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

quocienscumque enim corde deus per graciam suam adest amoris mox vniuersa viciorum aduersancium immundi spiritus malignorum bella compressa quiescunt. Sequitur Et ascendit ad illos in navim et cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant non enim intellexerant scilicet recordati sunt de panibus. scilicet de miraculo ostenso in saciacione quinque milium de panibus. erat enim cor eorum excecatum. Notandum quod stupent aliqui ex aliquibus Admiracione Timoracione Veneracione Tribulacione

Primo modo stupent homines quando vident aliquid inconsuetum et novum sicut de iudeis dicitur Actuum iii quod viderunt quod petrus et Johannes sanavit claudum currebant ad petrum stupentes de miraculo. Secundo modo stupent dubitantes propter timorem pene aut dampni. ysa. xix. Stupebunt et timebunt a facie commocionis etc. Tercio modo stupent homines propter excellenciam aut reverenciam alicuius sicut de gentibus olofernis dicitur Judit. x. quod erat in oculis eorum stupor quoniam pulcritudinem eius mirabantur nimis. Eciam. luce. ix. dicitur quod omnes stupebant in magnitudine. scilicet christi propter miraculum demoniaci. Quarto modo stupebant amici Job super eius afflictione sicut habetur Job. iii. Ezechiel vii dicitur Jerusalem erit obprobrium et stupor et exemplum et stupor gentibus qui in circuitu tuo sunt. Tercio modo ad propositum isti apostoli stupebant ex admiracione miraculi ex dubitacione et timore periculi et ex veneracione tamquam eius discipuli. Unde dicit Beda hic Carnales adhuc discipuli magnitudinem quidem virtutum stupebant sed divine maiestatis virtutem non cognoscebant. Et ideo bene dicitur quod erat cor eorum excecatum. Et quod eciam est notandum quod quantum ad oculos mentis et iudicium racionis aliqui excecantur ex malicia, ex avaricia, ex ignorancia, ex discordancia. Primo modo dicuntur pravi et mali homines excecati quia nolunt videre quod iustum est nec sciunt aut quod bene sit agendum. Ideo dicitur Sap. ii. De impiis hec cogitaverunt et erraverunt impii excecavit enim eos malicia eorum. Secundo modo excecati sunt quidam ex cupiditate bonum dimittunt

Stupent

Admiracione

Timoracione

Veneracione

Tribulacione

Excecacio

Malicia.

Avaricia

et maximum faciunt sicut sunt mali Iudices et alij cupidi de quibus dicitur. Exo. xxiij. Non accipies munera que ex cecant prudentes et subuertunt etc. Et ecc. xx. dicitur quod dona et exenia excecant oculos .s. iudicum minores mentis

Insipiencia. Tercio modo excecantur insipientes et qui nolunt consilium querere vt viderent quid agere deberent. Sic Joh. xij. dicit recitando verba ysaie Excecauit oculos eorum .s. interius ne videant. sequitur ut intelligant et conuertantur

Discredencia. et sanem eos etc. Quarto modo excecantur diuina credencia et nolentes credere fidei xpiane / Sicut dicit apostolus ad Ro. xi. Quod querebat israhel hoc non est consecutus .s. in lege mosayca Electio autem consecuta est. Ceteri vero exce cati sunt sicut scriptum est Dedit eis oculos vt non videant ex discredencia .s. / Modo ad propositum apostoli habebant cor excecatum ex ignorancia et discredencia Et ideo stupebant vt dictum est. Sequitur quod Ihesus venit in terram genesareth et egressi de naui et statim cog nouerunt eum / per famam que currebat de eo propter mira bilia que faciebat / et certe eciam multi cognouerunt ex visu quia alias viderant eum. Non est intelligendum de apostolis sed incolis illius regionis. Quod patet per hoc quod sequitur Et percurrentes vniuersam regionem illam, dicit glosa interlinearis quod ministrauit per ciuitates vt curarent omnes ad medicum Vnde ceperunt in grabatis illos qui male se habebant circumferre vbi audiebant eum esse etc. Deponebant infirmos in plateis et deprecabantur vt saltem fimbriam vestimenti tangerent et quotquot tangebant eum salui fiebant. Sciendum est hic quod iudei ad differenciam aliarum nacionum in hora vestimenti quo operiebantur faciebant fimbrias / sicut precepit deus moysi Deut. xv. vbi dicitur loquere filijs israhel et dices ad eos vt faciant sibi fimbrias per iiij^or angulos palliorum / Pharisei vero sacerdotes ad singularitatem habere prerogatiuam super alios / maiores faciebant / quia dicebant se scire legem et in hoc differre ab alijs / ymmo venari et laudari de quo reprehendit eos xpistus Mt. xxiij. d. quod dilatant phi lateria et magnificant fimbrias volunt vocari rabi / Et sicut dicitur in policraton fimbriam istam modicam communes phi portabant vnam differentem a communi plebe

[illegible marginal notes]

Xpus qui ... ut sciretur ... ab aliis gentibus ... in lege ... portabant fimbriam in palliis ... fimbrias ... ad ... pro

Magnificabant ... ut scirent homines eos esse sanctiores dignitate et maiores. Mistice secundum quod dicit Beda in omelia hic significatur quod hii finaliter se habent scilicet in peccato existentes non tangant corpus Ihesu Christi videlicet enim in sacro altari accipiendo vel consecrando sed tangant fimbriam vestimenti eius scilicet ut credant mandata et peniteant, et sic primo salvi fiant. Et post ad eum accedant et tangant hic credendo et ipsum sequendo et opera mandata donec finaliter eo possimus frui divinitate. Et sic finitur vi capitulum.

Et conveniunt ad eum pharisei etc. Postquam descripta est in alio capitulo Christi ad discipulos condescensio hic ut supra dictum fuit describitur phariseorum confutatio. Et hoc quadrupliciter. Primo in eorum observancie. Secundo in Christi miraculis viii capitulo ibi Et exeuntes. iii in lege promissis et hoc x capitulo. quarto in parabolis et hoc in xii capitulo. Primo enim describitur phariseorum observacio vana. Secundo eorum interrogatio maligna ibi Et interrogabant pharisei. iii eorum confutatio vera ibi At ille respondens. iiii doctrine confutationis explanatio plana ibi Et cum introisset in domum etc. Igitur in prima parte dicit quod postea que dicta sunt Conveniunt pharisei et quidam de scribis venientes a Ierosolimis etc. Antequam ulterius ad expositionem lictere accedamus videamus de questione quam tangit Magister Petrus comestor in hystoria scolastica et multi de hoc hic fecerunt questionem quare pharisei tam sepe redarguebant Christum et eius discipulos et scriptura non nominat sacerdotes et principes sacerdotum qui tamen maiores erant in lege. Dicendum igitur primo quod in Iudea erant tres secte in doctrina a plebe et aliorum vita et opinione distantes scilicet Saducei essei et pharisei. Saducei tenebant quinque libros Moysi sed negabant resurrectionem futuram et angelos esse bonos vel bonos. Essei erant mirabilis abstinencie in cibis et potibus et vestibus et in multis aliis que narrat Magister hystoriarum ubi incipit tractare de evangeliis quod congruum est ad scribendum. Pharisei autem austero victu vivebant traditiones Moysi ad literam tenentes unam scilicet cartam in fronte colligatam et in sinistro brachio quibus decalogus erat scriptus et dicebantur carte in brachiis

Habent ... Iohannis 13. ... est vis ... pallium deponent etc.

Mistice

Capitulum 1

varia

No

Saducei

Essei

Pharisei

philateria a philare quod est servare et torath quod significat
legem Et hoc faciebant quia in exo. et deut. vi. dicit
quod habent mandata dei inter oculos et in manibus
suis Et per hoc ipsi credebant servare optime legem
habebant etiam fimbrias maiores ceteris et habebant
spinas eis alligatas ut ambulando memores essent
mandatorum dei. Isti credebant resurrectionem corporum futuram
sed dicebant animas bonorum ne essent ociose usque ad iu-
dicium intrare alia corpora malorum aut tradi in loco
obscuro et qui in carceribus manent usque ad iudicium
Agere que iusta sunt vel negligere dicebant esse in
libero arbitrio hominis sed omnia alia fieri a deo et maxime
i. fato Et propter hoc quia se habita cultu ab aliis erant
divisi dicebantur pharisei quod est divisio Et propter
istas observaciones volebant apparere iudeis aliis maio-
res et sanctiores Et ista erat causa quare isti pharisei
volebant alios reprehendere de transgressione legis Et con-
venit ad ihesum cum vidissent quosdam de discipulis
eius communibus i. inmundis et non lotis manibus man-
ducare panem vituperaverunt i. reprehenderunt tanquam legis
transgressores Causam reddit ewangelista dicens quia pharisei
et omnes iudei nisi crebro lavent manus suas non
manducant tenentes tradiciones seniorum Et in hoc
notat ewangelista quod illud statutum erat ab hominibus et
non a deo ut dicit glo. interlinearis Unde sequitur et
etiam a foro i. venientes nisi baptizentur non comedunt
et alia multa sunt que tradita sunt eis servare baptismata
calicum et urceorum et eramentorum et lectorum Et ita ex tra-
dicione seniorum hoc habebant ut sepius corpora sua
et vasa domus quibus utebantur ad refectionem et lectos
in quibus requiescebant lavabant et per hoc credebant
mundari mentes quia ad literam accipiebant quod debe-
rent accipere sub mistico et morali intellectu sicut est
illud ysa. i. lavamini mundi estote et etiam illud ysa.
lii. mundamini qui fertis vasa domini et multa talia
servabant que dicuntur in scriptura Et in hoc decipi-
ebantur nescientes quod scriptum est ii. cor. iii. litera
occidit spiritus vivificat Unde Beda hic dicit frustra
autem pharisei et frustra omnes iudei lavant manus et a foro

venientes baptizantur / quodam tempore fonte salvatoris ablui / Invanum baptismata servant vasorum que cor- dis suorum et corporum eligere sordes negligunt / cum certum sit moysen et prophetas qui vasa templi dei vel aquis diluit vel igne purgari vel oleo sanctificari quantumque ex causa iusserunt non in hoc malum rei emundacionis sed magis poenis et operum castigacionem ac sermoniam atque animarum nobis mandare salutem / Et ideo lavari exius non mundari proprie loquendo sicut dicitur Job ix Si lotus fuero quasi aquis nivis et fluxerint velud mundissime manus mee exius tamen sordibus in tingens me mergis. Unde bene psalmista istud declarat cum dicebat in psalmo lavabo inter innocentes manus meas / Quia secundum philosophum iii de anima manus est organum orga- norum ideo per manus in scriptura intelliguntur operaci- ones / que munde debent esse et a mundo corde procedere sicut petrus dicebat Joh xiij quod xpistus lavaret sibi non tantum pedes sed et manus et caput · i · quod post in- tenciones mundas daret graciam ut operaciones munde seq- rentur / Quia omne primo ut dominus dedit homini ut velit quod iustum est / deinde graciam confortantem et iuvantem ut possit / sicut pulcre et diffuse tractat magister sentenciarum libro ii. Tunc introgabant pharisei ihesum dicentes Quare discipuli non ambulant etc. expositum est supra / Et quia in evangelio luce xij et mathei xvi et xxiiij reprensionem xpisti que non ponitur hic diffuse tractant sed solum que hic ponuntur exponamus / At ille respondens ait Bene prophetavit de vobis ypocritis propheta ysaias sicut scriptum est populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me · Est igitur hic advertendum ad maiorem litere evidenciam quod invenitur duplex honor videlicet honor verus et honor falsus. Ho- nor falsus solum est in exterioribus / sicut est honor quo honorantur aliqui ab aliis ex adulacione qui ab adulatoribus dictis aut factis honorantur quasi essent virtuosi et honore digni / Et hoc faciunt ut ipsi credant se esse dignos honore ut dicitur · i · ethicorum / Aliqui honorant alios propter bonum utile ut aliquid boni accipiant ab eis / sicut in primo rethorice

Honor

falsus

pr adulacom

pr vtile

ij^a^ ad timoc.

Verus

xij. dicit phus quod honoramus quasdam psonas quas
videmus nobis esse causas ad diuicias vel aliquid
bonorum. Aliqui honorantur ex timore / et est honor coactus
sicut honorantur tiranni vel crudeles labijs et non
corde sicut ys. xxix. dicitur populus iste ore suo et labijs suis
glorificat me. Verus honor procedit ex corde / et est quando
homo amat hominem quod sit dignus amari vt sunt
virtuosi et sapientes homines et boni / quia vt dicit
i. ethicorum. In veritate solus bonus honorandus est quia
bonitas continet virtutem et prudenciam vt dicitur vj.
ethicorum. Et tunc tales amantur et iuste honorantur sicut
viij. ethicorum c. viij^o^ dicitur amari proprie est vel quod est hono
rari et virtutis et beneficij honor retribucio vt vi ibi
Modo ad propositum / qui xpus dicebat populus hic labijs
me honorat etc. loquebatur quia erat male contentus
de hijs / et mito quia videbat eum virtuosum esse et
prudentem in sua doctrina et esse eis beneficia lar
gientem in curando infirmos et in alijs beneficijs
sicut in saturacione populi vt patet supra. Et ideo tenebantur eum
corde amare et honorare. Et ipsi phisei eum repre
hendere volebant. Vel forte ipse loquebatur tunc pre
dictus homo / quasi diceret. Iste populus Iudaicus et maxime
phisei qui iactabant se scire legem domini extrinsecus a
suis philateriis aut fimbrijs deum honorare dicebant
et tamen cor eorum longe erat a deo sicut de facto apparebat
Et propter hoc ipse eos in hoc reprehendebat. Sic malachias
propheta dicebat. j. c^o^ in persona dei loquens sic. Si ego sum
pater vbi est honor meus / si ego sum dominus vbi est timor
meus. Ideo plane de eis xpus subdit. Inaniter me
colunt. quia scilicet non diligunt me / quod probat
quia erant docentes doctrinas et precepta hominum
derelinquentes mandata dei / et declarat quia ipsi tene
bant tradiciones hominum et non dei / sicut patebat de
suis baptismatibus ut patet in littera / que quidem ad perfectionem
non adducunt. Vt pulcre apostolus deducit ad hebreos
ix. Et bene reprehendendi erant. quia dimittebant
mandata dei sequentes mandata hominum. quia mandata
data hominum aut statuta ut plurimum sunt cum dea
quia procedant racione precipientis vt sunt precepta tira
norum aut principum / quia vos homines non est securus cano

Sed li medium est ultra [illegible]

I. preceptis.

quidam ex legis explanacione et [illegible]

Due quia tradicionum habent

quidam ex phizeorum [illegible]

vt dicit philosophus ii polit. c. xxiiii. Etiam peccat in materia quia
quedam sunt de minus honestis Etiam in forma quia
modus precipiendi est immoderatus et minus bene or
dinatus Etiam peccavit ratione finis quia non semper
concludunt et conferens | Mandata dei sunt observanda ratione

precipientis mirabilis | primo sunt observanda ratione
materie diligibilis | precipientis quia timidus et
forme nobilis | venerandus ratione sue dilectionis
finis utilis | cognitionis comminationis | Ratione sue

dilectionis sunt observanda sicut bonus filius obedit patri
et servat mandata eius vnde Johannis xiiii dicebat christus
Si diligitis me mandata mea servate | Etiam diligenter
implenda ratione sue cognitionis sicut scolaris bonus facit
quod sibi est preceptum | presertim quando magister est presens | et
vere quicquid agitis vos facitis ante faciem iudicis
cuncta cernentis vt dicit Boecius in fine libri de consolacionis.
Ideo bene dicebat psalmista sicuti mandata tua quia obstupe
vit me ex in quo tuo | Sunt enim mandata facienda ratione
comminationis sicut servus obedit saltem timore pene
aut dampni vnde ecclesiastici ii. Qui timet deum custodit
mandata eius | Secundo sunt mandata dei obser
vanda ratione materie delectabilis quia sunt

dulcia ad delectandum | De primo ecclesiastici xxiii nichil
levia ad faciendum | dulcius quam respicere in ma
fidelia ad complendum | datis domini De secundo deut.

xxx mandatum quod precipio non est supra te Et prima
Joh. v° mandata eius gravia non sunt in psalmo fide
lia mandata eius etc. | Tertio sunt observanda ratione
forme nobilis quia sunt de se

nobilia | Sunt primo nobilia vnde ecclesiastes vlti. deum
paterna | time et mandata eius observa
delectabilia | hoc est omnis homo | Est perfectio hominis

Sunt paterna prov. vi. Mandatum dei lucerna est
Sunt delectabilia in psalmo A mandatis tuis intelle
xi propterea odivi omnem viam iniquitatis | Ratione
finis sunt adimplenda quia sunt ad hominis perservacionem

perfectionem | De primo prov. xix qui custodit mandata
confirmacionem | custodit animam suam | De secundo ysa. xlviii
glorificationem | vtinam attendisses mandata fuisset quasi flumen

materie
forme
finis
precipientis
dilectionis
cognitionis
comminationis
Materie 2
forme 3
nobilia
paterna
delectabilia
finis

pax tua etc. De tercio Ioh. xiiii dicitur qui habet mandata mea et servat ea ipse est qui diligit me et qui diligit me diligitur a patre meo. De iiii° Math. xix dicitur si vis ad vitam ingredi serva mandata. Unde Greg. xxii mor. c. xvii dicit sacri eloquii mandata si bene serventur hic in opere nobis corona meritorum exhibebitur in retributione. Qui irritum facitis preceptum dei ut traditionem vestram servetis. Hic salvator noster arguit obiectus phariseorum et sacerdotum qui dei erant pocius reprehendendi quam discipuli sui quos arguebant de non lotione manuum cum comederent. Et hoc facit clare ducens eos ad metum reductionis [illegible] arguit sic. Melius est servare mandata dei quam traditiones seniorum. Et prius dimittere ea quam dimittere traditiones hominum. Sed vos dimittitis mandata dei propter traditiones seniorum que sunt mandata hominum. Ergo prius facitis. Maiorem habet pro concessa ab eis. Quia isti pharisei iactabant se observare legem moysi quam ipsi violabant legem dei. Minorem ipse declarat sic in textu. Moyses enim dixit honora patrem tuum etc. ut legitur et scribitur exo. xx. Sed vos dicitis si dixerit homo patri aut matri corban quod est donum quodcumque ex me est tibi proderit et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri etc. Notandum est hic primo quod textus iste obscurus est sive ex modo loquendi sive ex defectu translatoris. Et ideo valde obscure a Crisostomo et a Ieronimo duobus modis exponitur. Uno modo sic potest inquit hic textus sumi quod ex me est tibi proderit. Compellitis inquit filios ut dicant parentibus suis quodcumque donum oblaturus eram deo in tuos consumo cibos tibi que proderit o pater et mater ut illi timentes accipere quod deo viderant mancipare inopem magis vellent vitam ducere quam comedere de consecratis. Secunda expositio est et etiam est theophili est ista. Preparat enim deus [illegible] debilitates vel etates aut penuriam parentum considerans ut filii honorarent i. sumerent in necessariis ministrandis parentes suos. Scribe et pharisei hanc dei ordinationem volebant subvertere ut sub nomine pietatis

[Margin, left:] [illegible] hoc [illegible] ... moyses ... exo. xx ... 2.

[Margin, bottom:] Aug. [illegible] de [illegible] hunc textum [illegible] ... quodcumque donum quod ... pater offeres ... phariseos ... [illegible]

[illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] imperfecta

impietatem induceret. Docuit pessimos filios ut si quis
ea que parentibus offerenda erant ad sustentacionem
vite sue. Deo vovere vel offerre voluit. qui ut dicebant
verus est pater. absolute illa debebat proferri parentum mu
neribus. Et sic oblationibus liberorum sub occasione templi et dei
in sacerdotum lucra cederet. Et subdit quod ista pessima
phariseorum consuetudo de tali occasione veniebat. multi erant
obligati creditoribus et nolentes reddere aut soluere
delegabant sacerdotibus ad preces eorum. ut sic exa
cta pecunia ministeriis templi et eorum usibus deseruiret
Et sic inducebant alios facere contra legem dei. Et in postilla
re sicut dicit hic quidam. videlicet hugo cenopolitanus episcopus
qui post fuit Cardinalis et postillavit magnam partem
biblie et vere similis fraus fit hodie a sacerdotibus qui eis
~~qui ad eos~~ confitentibus pro penitentia salutari et iniungunt
et inducunt ut quod vellent pauperibus erogare ad
salutem anime sue dent et legant sibi et suo clerico
aut fabrice ecclesie et huiusmodi. Etiam aliqui audientes
confessiones hoc quod confitentes tenentur reddere. aut quia
habent ex mala acquisicione. aut aliqua alia causa
sibi attribuunt et dicunt simplicibus hominibus quod eis da
do melius faciunt. contra quos dicitur Michee iii dicit
dominus super prophetas qui dicunt. seducunt populum meum etc.
Similiter canonici suos canonicos morientes exhor
tantur ut ecclesie sue totum delegant. eo quod non bene
fuerunt illi ecclesie quod post inter se diligenter diuidunt
Et sic pauperes nichil habent nec etiam testator. contra
tales exhortatores ymo exactores bene dicit ysa. i.
principes tui infideles socii furum. omnes diligunt
munera sequuntur retribuciones. Sic igitur dicitur quod christus
optime redarguit phariseos et scribas quod dimittebant
mandata domini sequentes tradiciones hominum. Sed
hic circa mores videntur dubia. Et primo quia si ho
norare accipiatur proprie certum est quia honor principaliter
debetur deo quam patri aut matri talibus quia secundum philosophum
iiii° ethicorum c. viii honor sit maximum bonorum quod
deo attribuimus. Si autem accipiatur honor pro bonorum suorum
oblacione sicut accipit glossa hic magister de [illegible] quod licet septimo
non sit honor dicitur esse in salutacionibus et officiis quam in muneribus

No[ta] [illegible] contra legem [illegible] tradiciones phariseorum [illegible] ad legem [illegible] evacuandum.

collone Tunc argumentum oblo datur parentibus
carnalibus quia sunt parentes sed deus est summus pater
quia dicitur math. v. Unus est pater vester qui in celis
est ymo ipse a quo omnis paternitas denominatur in celo
nibus. Sed tunc sine intermissione oramus cum
ea solum opera gerimus que nos pietati nostri commendent
auctoris. Quo munimine ieiunio et sancta oratione muniti
domino cunctas antiqui hostis debellabimus ac repulsabimus insidias.

Et inde profecti pregrediebantur galileam.
nec volebat quemquam scire. Docebat autem discipulos suos

et dicebat illis Quia filius hominis tradetur in manus
hominum et occident eum et occisus tercia die resurget
Dictum fuit supra c. x. in ista parte ponitur apostolorum
superbia Et primo ponitur Christi humiliacio deinde apostolorum
ambicio quis eorum maior esset Textus clarus est
Et quia in alio casu eciam precedenter eadem dixerat et ibi
fuit expositum ideo breviter de isto transeamus sicut
faciunt eciam doctores Beda dicit semper prosperis
miscet tristia ut cum repente veniunt non terreant
apostolos sed a premeditatis ferantur animo Sic enim contristat
eos quia occidendus est et sed letificare quia tercia
die resurget Ita dicebat ille met Christus Joh. xvi Tri-
sticia implevit cor vestrum propter passionem scilicet Sed secundum
Tristicia vestra vertetur in gaudium propter resurreccionem Et
illi ignorabant verbum et timebant eum interrogare
Beda in glossa sua videtur velle excusare apostolos de
ignorancia vel quod essent excusandi de hoc vel sal-
tem in eis ignorancia ista non erat vicii vindicat
sic. Hec ignorancia discipulorum non tam de tarditate in-
genii quam de amore nascitur salvatoris qui
carnales adhuc et misterii crucis ignari quia verum
deum eum cognoverant moriturum credere nequibant
et quia per figuras eum sepe loquentem solebant hor-
rentes eventum mortis eius eciam in eis que de
sua passione et tradicione eius aperte loquebatur figurate
aliquid significari volebant Sed quomodo verum esse quia si sci-
ebant eum deum verum et propter hoc eum moritu-
rum non credebant Ita sciebant eum esse hominem
igitur propter hoc eum moriturum credere debebant tamen
si vellent considerare que aperte ipse loquebatur
videtur esse defectus ex inconsideracione et ignorancia Et
ideo sciendum quod inconsideracio et ignorancia potest esse
duplex in aliquo Una videlicet eorum que non tenetur
scire et ista non est peccatum formaliter sive sit volun-
taria sive non Alia est videlicet eorum que aliquis debet
scire et eo tempore quo debet ea scire et hec ignorancia
de ea tunc aut per voluntatis omissionem dicitur ignorancia
affectata quando intelligit aut non vult scire que scire tenetur

pro tempore illo Et tunc est vicium Et sic omnis ma
lus ignorans quia negligit considerare hoc quod
facit iudicium rectum Si fiat ignorancia per omissionem quia
aliquis omittit considerare et ea que tenetur scire
pro tempore illo dicitur ignorancia crassa Et ad hoc
est vicium et defectus in tali ignorancie Si aliquis
ignoraret quod libenter sciret si esset qui eum doceret
de hoc dicitur esse ignorancia invincibilis et est excusabilis
et aliquando invincibilis Et sic in proposito possumus dicere quod
apostoli non erant accusandi de sua ignorancia tunc quia
~~tunc~~ ipsi ~~libenter~~ scirent plenius quid vellet dicere
Sed non audebant eum interrogare ut dicitur in
textu Et sic sunt excusandi [illegible] secundum bedam
[illegible] quod si sciebant eum hominem verum tamen
veritate divinitatis credebant eum posse non mori et
eum non moriturum Et venit capharnaum qui
cum domi essent interrogabat eos quid in via trac
tabatis At illi tacebant [illegible] Quia siquidem
in via disputaverunt quis esset illorum maior Matheus
dicit quod accesserunt ad ihesum petentes ab eo Quis pu
tas maior est in regno celorum. lucas dicit quod cogita
bant hoc intra se Quomodocumque fuit certum est quod
ea et que cogitabant et que intra se dicebant ita
sciebat sicut ad eum palam omnia dicta fuissent
ut dicit Crisostomus hic Jeronimus dicit quod recte in via de pri
matu tractabatur et non in domo quia principatus
eo modo quo ingreditur desinit Et quamdiu tenetur
labitur et incertum est in qua mansione . i . in qua
die finiatur Beda querit que erat causa huius
questionis et respondet sic Inde videtur orta esse disputacio
de primatu quia viderant petrum Jacobum et Johannem
seorsum ductos in montem secretum quod eis aliquid esse
creditum. sed et petro superius [illegible] quod dicit matheus
claves regni celorum esse promissas ecclesiam quod dominus
supra petram a qua nomen acceperat edificandam
possunt alia vero assignari quia inter discipulos
erant sex apostoli sibi cognati [illegible] ex duabus mater
teris christi . scilicet Jacobus et Johannes ex una sorore beate marie

virginis Symon zelotes Judas Thadeus Jacobus
fratres domini et Joseph filii ex alia sorore Et sic ex consa
guinitatis propinquitate forte vendicabant sibi ius
regni celestis sicut in mundo contingit de regnis ter
renis Alii qui in mundo fuerant divites homines
et totum reliquerant et secuti xpm fuerant ut Matheus
Filippus Bartholomeus et alii credebant veniam in
illo regno sicut petrus pro eis petens querebat a xpo
Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te etc. Et
quia ista disputacio ex ambicione procedebat salvator
humilitatem eis proposuit et premisit Et residens vocavit
xii et ait illis Si quis vult primus esse erit omnium
novissimus iuxta illud et omnium minister Quod potest
dupliciter exponi primo quod qui se appetitu vel facto
se superbierit fiet finaliter aliorum novissimus iuxta
illud qui se exaltat humiliabitur Alio modo potest
exponi quod si aliquis vult exaltari finaliter hic se ha
beat humiliter ita ut fiat quasi aliorum minister Et post
inter maiores computabitur quia scribitur qui se
humiliat exaltabitur ideo in ex° Unde dicitur numeri
viii erunt levite ministri fratrum suorum Et sic expo
Jeronimus li° n° de vil' cd'omis Hunc textum istum
ca. xxx. d. revolviat superbus s. in aio suo quod legitur
in ewangelio facta est contencio inter discipulos ihesu
quis eorum videtur esse maior Et ait illis ihesus
principes gencium dominantur eorum et qui potestatem habent
super eos benefici vocantur Vos autem non sic sed qui
maior est inter vos erit sicut minor et qui precessor
est sicut ministrator Et petrus apostolorum magister ait non
quasi dominantes in clero sed forma facti gregis Unde qo
est dominus et unus deus ceteri non sunt domini sed
ministri quibus media divinum et medici ministerium
Audi super hoc sapientem ecc. xxxii rectorem posu
erunt te noli extolli esto in illis quasi unus ex illis
hec ille Et bene beatus bernardus in sermone contra clericos ambicio
sos yronice loquens ait Eya nunc sequentur decre
tum multiplica prebendas accelera ad archidiacona
tum ad episcopatum aspira paulatim ascendis sed non
paulatim descendes Videbam enim sathanam sicut fulgur

Nona

descendentem de celo et scribitur luc. x. Sed querit glo.
Si discipuli erant in hoc ambitiosi quomodo peccabant quare
ergo non arguit eos aut priuatim secundum illud math. xviii. Si
peccauerit in te frater tuus etc. aut publice coram omnibus
secundum illud ad thi. v. peccantem coram omnibus argue
Solutio. sciebat plus prodesse eis doctrinam quam corre
ctionem Et ideo pius mitis et humilis amicabiliter eos
instruit quia necesse est ut pium pectus exuberet disci
plina Quare primo verbo et exemplo eos instruit quia accipiens
puerum statuit in medio eorum quem cum complexus esset
ait illis Quicumque unum ex huiusmodi paruis rece
perit in nomine meo me recipit Et nota quod in hoc
ad humilitatem quadrupliciter instruit et exhortatur videlicet in

pueri oblacione
pueri amplexione
pueri significacione
pueri recepcione

Primum ad primum dicit
Beda videns dominus cogi
taciones discipulorum curat
desidium glorie humilitatis
contencione sanare premonitum quod non esse sanandum
querendum Et ideo notanter dicitur statuit quia vera humi
litas stabilis sicut terra que est infima elementorum stabi
lissima Unde eccl. i generacio preterit generacio aduenit terra
autem in eternum stat. ymo sicut terra est centrum
centrum elementorum ita humilitas est centrum et fundamentum
aliarum virtutum Et ideo statuit puerum in medio sicut
paulus prima ad thess. ii. dicebat nos sumus paruuli
in medio vestrum Secundo instruxit eos ad humilitatem
in pueri amplexione. Unde Beda hic cum autem con
plectitur puerum signat humiles suo dignos esse am
plexu ac dilectione tales quod conimpleuerint que precipit
instruit scilicet discite a me quia mitis sum et humilis
corde ut etiam ipse possint gloriari et dicere leua eius
sub capite meo et dextera illius amplexabitur me
Et scribitur Cant. ii. Ideo bene prov. iiii dicitur glorificaberis
cum eam amplexatus fueris Tercio instruxit eos ad
humilitatem in pueri signe Et quia sancti et doctores
condiciones puerorum humilibus et innocentibus et bene
comparant et adaptant quia in pueri signe vere humiles
et deuoti homines iuste designantur ut quia puer stans
puro contentus in puluere sedens modicum carens non senciens

libenter obediunt amantes sunt Et multas alias co
diciones puerorum humilibus attribuit quod longum
esset ad scribendum Unde Crisostomus in breuibus se expe
dit d. ipso visu puer sit eis persuadet esse humiles et sim
plices Et eum abundancia et vana gloria paruulus indu
cit et a concupiscendo formatum Non solum autem
ait si tales efficiamini mercedem magnam accipietis
sed et si tales efficiamini propter me Unde Apostolus prima
cor. xiiii dicitur Nolite paruuli effici sensibus sed
malicia paruuli estote De quibus paruulis clamabat
xpus Mr. x. Sinite paruulos venire ad me / Quarto
erudiebat discipulos ad humilitatem et hospitalitatem
que est pars humilitatis in pueri receptione cum dice
bat Quisquis vnum etc. Beda dicit hic sic Unde
cum dixit Quisquis vnum etc. ex huiusmodi receperit
addit in nomine meo vt scilicet formam virtutis quam
natura duce puer obseruat ipsi pro nomine xpi innate
racionis industria sequantur Sed qui se in paruis re
cipi docebat quasi caput in membris suis et ne
putaretur hoc esse solum quod videbatur adiunxit
Et quicumque me susceperit non me suscipit scilicet solum
sed eum qui me misit talem et tantum se vtique
credi volens qualis et quantus est pater De hospi
talitate quod deus ibi recipitur et quantum valet videat
qui voluerit in lectura mea super ad titum et ibi po
terit videre multa et ad romanos et multum de
ista materia

Respondit Iohannes dicens etc. Ista est pars media
talis Et hec est quod xpus predixerat paru
los recipiendos in nomine eius consimiles sunt
prime reputacionis Ideo Iohannes circumstancia narrat quen
dam quendam eicientem demonia in nomine xpi qui
tamen non erat de societate eius quem prohibue
rant discipuli vtrum bene vel male fecissent Et
ad sciendum vtrum hic essent alicuius facturi in casu
simili Et ita hoc primo ponitur xpi responsio Secundo
scandali prohibicio tercio declaracio tremendi dampni iii pars
ibi Et quisquis etc. iiii pars ibi Omnis enim igne
salietur In prima pre dicatur sic in textu videtur

Johannes dicens Magister vidimus quendam in nomine
tuo eicientem demonia qui non sequitur nos et prohi
buimus eum. Antequam ulterius ad expositionem littere procedamus
sunt aliqua inquirenda. Primo quid movet Johannem
ad movendum questionem. Secundo quis erat ille de quo
fit questio utrum fidelis vel infidelis. Tercio utrum
infidelis possit facere miracula. Quantum ad primam

qo 1.

ad questionem beda dicit quod Johannes precipua devotione
dominum amans ideoque excludendum beneficio putavit
eum qui non utebatur officio. Id est legationis aut co
missionis quod ille non habebat. Crisostomus plane super
Matheum in isto passu dicit quod Johannes non invi
dia motus prohibebat illum qui demones expellebat
sed volebat ut omnes qui nomen domini invocabant
sequerentur Christum et essent eius discipuli. Simile alia
ro glose quod Johannes audivit Christum humilitatem pre
dicare sed iste ut superbus dedignabatur sequi Christum
quia non erat dignus ut in nomine Christi faceret mira
cula. Quantum ad secundam questionem utrum esset fidelis vel

2.

non Thomas in quolibeto suo dicit quod non quia aliqui
infideles videntes per experienciam nomen Christi tam
efficax in nomine eius eiciebant demonia licet gratia esset
indignum. Et de hoc in veritate habetis publicam hystoriam
et textum in actibus apostolorum c. xix quoniam iudei exor
cisabant demones dicentes Adiuro vos per Christum quem
paulus predicat et eiciebant eos etc. Vide ibi. Et ex

3.

isto sequitur tercia questio utrum mali possint fa
cere miracula et videtur quod non quia miracula at
tribuuntur fidei. Matthei xvii si habueritis fidem ut granum
synapis etc. Sed fides sine operibus mortua est ut
dicitur Jacobi ii igitur non habebit malorum fides
effectum et per consequens non possunt facere miracula
Item boni sunt digniores quam mali Et tamen non
omnes boni faciunt miracula. Ergo multo minus
mali possunt hoc facere. Sed contrarium patet in textu.
Et prima ad corinthios xiii dicit apostolus. Si habuero fidem
ita ut montes transferam caritatem autem non habue
ro nichil sum. Sed quicumque non habet caritatem
sit malus quia caritas dividit inter filios regni

et filios dyabolj secundum Augustinum xv. de civitate dei. Et sic videtur quod malus potest facere miracula. Respondeo hic quod aliqua videntur miracula esse que non sunt ut deludificationes et apparentie multe que non sunt vere miracula sed fantastica que fieri possunt per demones et magicos homines. Tamen vera miracula non possunt fieri nisi per virtutem divinam. Quod deus ad utilitatem hominum operatur aliquando propter fidei confirmacionem. Et sic per quemcumque qui veram fidem predicat et nomen dei invocat possunt miracula fieri. Quod quandoque per malos fit, id est peccatores, et sic mali possunt miracula facere iuxta illud Matthei vii Nonne in nomine tuo prophetavimus etc. Ubi Ieronimus dicit quod prophetare vel virtutes facere et demones eicere non semper est eius meriti qui operatur, sed invocacionis nominis Christi, unde sequitur quod eis dicetur: Nescio vos. Aliquando facit deus miracula ad demonstracionem sanctitatis alicuius boni viri quem deus vult hominibus proponere ad exemplum virtutis. Et ideo dominus per eos facit miracula sive in vita sive post mortem. Et aliquando propter ipsos facit deus miracula per alios sicut dicitur Actuum xix quod aliqui ferebant sudaria Pauli super infirmos et sanabantur. Et sic eciam nichil prohibet per peccatores ad invocacionem alicuius sancti miracula facere. Que quidem miracula non dicitur ille facere sed magis ille ad cuius invocacionem et sanctitatem demonstrandam deus facit hoc. Et tunc ad racionem primam dico quod fides dicitur mortua in eum ad ipsum credentem quia per eam non vivit vita gracie. Et nichil prohibet quod res viva operetur per instrumentum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et isto modo deus operatur per fidem peccatorum instrumentaliter. Ad secundam Augustinus lxxx in questionum dicit: Admonet nos deus ut intelligamus quedam miracula sceleratos facere qualia sancti facere non possunt. Et ideo non omnibus sanctis ista attribuuntur ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi estimantes in talibus factis esse maiora dona quam in operibus iusticie quibus vita eterna comparatur. Et sic potest dici in proposito de illo qui sic in nomine Christi faciebat miracula supposito quod esset infidelis. Alii vero tercius dicunt quod homo ille erat fidelis sed non erat

Ad confirmacionem fidei

Ad demonstrandum sanctitatem

hec agit ut hominis dominus honorenter et ad eum tendo magis fiunt ista miracula

1

2

tante perfectionis quod vellet sequi xpm et discipulos eius
in modo vivendi. sicut nec modo omnes fideles
volunt sequi xpm per religionis ingressum vel assu
mendo voluntariam paupertatem Et talis non est prohi
bendus quia beneficia divina aliquando dantur per singu
lares aliquid per minores et imperfectos Et totum ad
declinacionem nominis dei Jhus autem ait nolite prohi
bere eum. nemo est qui faciat virtutem in nomine
meo et possit cito male loqui de me. Beda in quarto
dicit. hic docet summa apostolus dicit. sed sive occasione sive veritate
xpus annunciatur et in hoc gaudeo sed et gaudebo
Et post subdit quod tales qui xpm annunciant contra aliorum
salutem prohibendi non sunt. Itaque in hereticis et
malis catholicis non sacramenta quia communibus nobiscum sunt
et adversus nos non sunt. sed divisionibus nostris vi
contrariam que adversum nos sunt et divinitus esse nobiscum
detestari et prohibere debemus Crisostomus. dicit quod hic dicit
propter eos qui in heresim ceciderunt ut fuit symon me
nander et cerinthus non in nomine xpi miracula fe
cerunt sed deceptionibus quibusdam facere videbantur
Isti, et si non sentiunt nobiscum. non tamen contra nos ad
dicere valebunt eo quod operando virtutes honorant nomen
dei / Sed contra hoc quod dicitur nemo est qui faciat virtu
tem. Quidam cum hoc dubitat dicens Antixristus faciat
miracula in nomine xpi. et tamen male loquitur de xristo Et
respondet dupliciter / primo quia mala de xpo non dicet. sed
dicat quo erit repletus / Secundo dicit quod non faciet
miracula in nomine xpi / Sed unus videtur michi dicendum
quod ipse non faciet vera miracula sed ficta / quia erunt
ludificaciones et fantastica miracula per demones
facta sicut dictum est supra / Sed quid dicemus de vespa
siano imperatore romano qui licet infidelis tamen
ipse curavit duos infirmos qui venerunt ad eum
petentes quod tangeret eos quod facere nolebat. quia se
dicebat hominem peccatorem Et tunc illi dixerunt
quod a diis habuerunt responsum quod si tangeret eos ipsi
sanarentur Et tunc ipse hoc audito dixit si dii vo
lunt hoc fiat. et tetigit eos manu sua et curati
fuerunt ut narrat Suetonius. libro de xii cesaribus. Et quicquid

i de ti dei · potest dici de virtute fidei sue ipsi fuerunt
sanati · quia credidit deos posse hoc facere et ideo non
in sua virtute sed in fide et nomine deorum quos adora
bat ipse tetigit eos et sanati sunt Qui enim non est ad
versus nos pro nobis est Aug9 in li° de consensu ewangelistarum

q°:

monet hic dubium / quia salvator dicit · luc · xi Qui me
cum non est adversum me est / hic dicit qui contra vos
videtur / Et inde quod iste homo qui in nomine xpi faciebat
miracula et tamen cum xpo non erat / Erat pro eis
et adversus eos / Quia in quantum operabatur virtutes in nomine
xpi in tantum cum illis erat In quantum vero societati eorum
non adhaerebat et cum ipsis non erat sic adversus eos
erat Et ipsi ei hoc facere prohibuerunt in quo cum
ipsis erat Ideo dixit eis dominus Nolite prohibere etc
Et ipsi debebant prohibere in quo cum ipsis non erat
ut illi unitatem ecclesie suaderent / Moraliter loquendo
multi sunt qui cum deo esse nolunt sed in quantum
possunt domino adversari videntur

In superbia se elevantes
In nequicia permanentes
In obediencia contradicentes
In malicia perseverantes

Supb'

De homine superbo qui
nec deum timet nec
hominem veretur dicitur Job
xv · Cucurrit adversus
deum erecto collo / De hiis qui cor suum nolunt flectere
ad bonum dicitur Jerem · ix · semper adversum dominum con
tendisti · scilicet peccando contra eum / De inobedientibus et adversus
deum · i · contra eius preceptum facientibus dicitur in ps°
dicit dominus qui adversantur michi inique qui oderunt
me gratis etc / De perseverantibus in malicia qui adversus
deum insurgere videntur dicitur in ps° Convenerunt
in unum adversus dominum et adversus xpm eius · Et propter ista
unde dicitur · ii paral · xxxv · Desine adversus deum facere
Quicumque enim potum dederit vobis calicem aque frigide
in nomine meo quia xpi estis Amen dico vobis non
perdet mercedem suam · quia supra hortatus est discipu
los ad humilitatem exemplo pueri / hic etiam exhortatur ad opera
misericordie et caritatem promittens quod opera misericordie facta in
nomine suo · i · amore sui non carent mercede et re
tributione Et ponit exemplum de calice aque frigide quod

est minimi sumptus et valoris. Et quia ut dicit Beda in glosa et Crisostomus quasi eadem verba habens. Multi peccatum suorum quasi iustitias praetendunt orationes ut quod volunt relinquunt videantur necessitate peccare. Sed deus qui est scrutator cordis et renum futuras cogitationes in singulis considerat dixit quicumque unum parvulum receperit in nomine meo me recipit. Poterat aliquis causari ac dicere paupertas prohibet (?) cor tenuitas me retinet ut hospitalis esse non possim et hanc excusationem levissimo praecepto diluit ut calicem aquae frigidae iuxta Matheum toto animo bono porrigamus. Et ideo de facili unusquisque in proximo suo iuxta posse suum nullus excusatur. Unde Ysa. xxi dicitur occurrentes sitienti ferte aquam quia ad Galatas vi dicitur quae quis homo seminaverit haec et metet. Et quod non perdet mercedem suam. Quia propter ea quam fecerunt ut hystorias sanctorum conscamus (?) qui propter hoc fuerunt multipliciter remunerati a deo ut diffuse tractavi super eadem cytatione capitulo de hospitalitate. In Biblia multa exempla habemus. Primo

1. Regum xviii. Abdias constitutus fuit propheta quia pavit c prophetas dum tempore Achab et sic fuit remuneratus spiritualiter.

2. Abdemalech fuit remuneratus corporaliter quia liberavit Ieremiam a lacu quia liberatus fuit a Caldeis Ieremiae xxxix. Raab

3. meretrix fuit remunerata honorabiliter quia recepit nuncios Iosue unde annumerata fuit cum populo Israel. Iosue vi.

4. Mulier in Sarepta quia pavit Helyam de buccella panis et aqua fuit remunerata fertilitate quia oleum non defuit sibi nec farina donec pluit deus super terram. iii Regum xvii. Et quicumque scandalizaverit unum ex hiis pusillis credentibus in me bonum est ei magis si circumdetur mola asinaria in collo eius et in mare mittetur. Quantum ad sensum litteralem est primo videndum quid est mola asinaria. Deinde quid est scandalizare et scandalizari et quid est scandalum. De primo licet mola habeat multas significationes secundum grecismum in proposito

mola asinaria

mola dicitur lapis in quo frumentum molitur et terit. Et dicitur asinaria quia molitur cum asino trahente eam et volvente. Asinus enim in plerisque molendinis volvit molam vel rotam cum mola. Et quia gravis et ponderosa est si ligaretur ad collum alicuius traheret statim

eum deorsum et sic subiungetur. Sz de hoc quod dicitur quisquis scandalisauerit etc. Primo est videndum quid est scandalum Scandalum
proprie. Scandalum enim a doctoribus et sanctis communiter dif
finitur quod est vel dictum aut factum minus rectum
prebens occasionem ruine. Ad cuius declinacionem sciendum
quod sicut videmus in via corporali quod per positionem obicis cui
impingitur disponitur ad ruinam et talis obex dicitur
scandalum a scandalo grece secundum Iheronimum quod signat
offensionem vel ruinam. Ita in processu vie spiritualis
contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem per
dictum aut factum alicuius incitantem scilicet aliquis sua
amonicione vel inductione aut exemplo alterum trahit ad
peccandum. Et hoc proprie dicitur scandalum. Nichil autem
secundum propriam racionem disponit ad spiritualem ruinam nisi quod
habet defectum rectitudinis quia id quod est perfecte rectum
magis munit hominem contra casum quam inducat ad
ruinam. Et ideo convenienter dicitur quod dictum vel factum
minus rectum prebens occasionem ruine dicitur proprie
scandalum. Secundo est eciam sciendum quod dictum vel factum
alicuius potest esse alteri occasio peccandi dupliciter
vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quando aliquis suo per se
dicto malo aut facto intendit alium inducere ad pec
candum vel quando aliquis publice facit peccatum vel quod
habet similitudinem peccati. Et istud dicitur scandalizare active
vel dicitur scandalum activum. Per accidens scandalizare pass
dicitur quando ille qui facit talem actum non intendit
alium inducere ad peccandum vel non credit quod factum sit
tale quod de sua racione habeat occasionem ruine. Etiam con
tingit quandoque quod preter intencionem operantis et preter
condicionem operis operum aliquis scandalizatur puta
cum aliquis invidet bonis actibus alterius. Et sic iste
qui facit actum bonum non dat occasionem ruine quantum
est in se quamvis alius paciatur et istud est scandalizari pas
sive et scandalum passivum. Et sic contingit quod quandoque sil
actiue est scandalisare et scandalizari passive. Et est scan
dalum activum in vno et passivum in alio simul puta quando
ad inductionem alterius aliquis peccat. Quandoque potest esse
scandalum activum sine passivo. Vt cum aliquis inducit

alium ad peccandum et iste non consentit. Cuius est scandalum passivum sine activo sicut dictum est. Ex dictis satis potest patere quid scandalum est peccatum et quo non. Et quod scandalizari est peccatum et quo scandalizare est peccare, quia semper scandalum passivum sine activo est peccatum grave, quia ex invidia procedit. Scandalizare active ipse etiam peccatum mortale est et qui occasione ruine dedit facto aut verbo minus recte et qui occasione ruine dedit. Unde Remigius super isto Mt. xv. Nescis quod iudei scandalizant etc. Dicit quod ideo peccabant, quia de scandalizant etc. bene dictis aut factis a Christo scandalizabant, id est male dicebant et invidebant. Sic patet ad propositum. Sed quare quod qui scandalizaverit unum de pusillis, id est cuius occasio vel causa ruine eius bonum est etc. Sed quare dicat de pusillis, id est de minus perfectis in virtutibus et caritate. Tales enim dicuntur pusilli a pusillanimitate et imperfectione iuxta illud Eze. xxiv. Ve qui contemnunt pusillos etc. Et Zach. Ecce ego ad pusillos meos quibus vos capitis animas etc. Ex quo sequitur quod perfecti homines in veritate et caritate ut sunt viri eroyci qui non moventur moventur passionibus ut habetur vii ethicorum co. i°. Et sancti viri qui toto corde deo adherent non possunt scandalizari passive, quia non moventur invidia. Nec propter vicia aliorum commonentur sed manent firmi sicut tetragonus sine vituperio ut dicitur primo ethicorum. Et si arguatur contra. Christus fuit perfectus maxime et tamen ipse dixit petro Mt. xvi. Scandalum tu michi es. Ergo multo fortius etiam boni alii possunt scandalizari passive. Responsio quod scandalum potest accipi large et proprie. Large accipitur pro quocumque impedimento quod alii movent leviter hominem ex infirmitate carnis quo perfecti viri etiam incidunt quidem in aliqua peccata venialia non tamen ex aliorum dictis aut factis moventur sine ratione scandali sicut dicebat propheta: pene autem moti sunt pedes mei. Unde quod Christus dixit petro scandalum tu michi es loquebatur de ista levi motione, quod petrus

381

intekatur eius propositum impedire cum passionem sub eundum. De hoc quod dicit. Bonum est ei magis si etc. Beda dicit in glosa quod apud veteres homines iudeos pena gravissima erat ut in profundo pelago ligato saxo submergentur. Et si queratur causa quare tantis pena infligatur pro uno peccato qui non meretur penam corporalem. Respondet Beda sic. Revera melius est inoxium pena quamvis atrocissima temporali vitam finire corporalem corpoream quam ledendo fratrem mortem anime incurrere perpetuam. Et sciendum quod Beda facit hic pulcram digressionem quod prelati et viri ecclesiastici qui nec verbo nec exemplo pusillos edificant aut muniunt sed eos in dictis et factis magis scandalizant tot mortibus digni sunt quotiens fuerunt pusilli i. gregi simplici eis commissi etc. et cetera.

Et si scandalizaverit te manus tua abscide eam et proice abs te. Postquam enim Christus narravit quod salvator noster docuerat discipulos et omnes generaliter quod in corpore mistico ecclesie militantis cuius corporis ipse est caput et nos sumus alter alterius membra ut dicit Apostolus Romanos xij. unum membrum non debet scandalizare aliud vel esse ca(usa ruine alterius). Hic ipse ostendit hoc in membris corporis phisici naturalis ostendens quod si aliquod membrum fuerit in scandalum alteri membro vel corpori quod debet abscidi a corpore. Et hoc ipse declarat de manu de pede de oculo quia ista organa sunt principaliora in corpore. Concludens quod melius est sine membro scandalizante ire ad vitam quam cum illo membro ire in Jehennam et in ignem etc. Et est littera satis clara nec sancti exponunt litteram nisi misticae et moraliter. Unde breviter est intelligendum quod si aliquis fuerit melinatus ad peccandum per officium manuum vel furando vel percutiendo vel committendo tactus illicitos melius esset sibi quod careret illo membro sic quod non posset per illud

quia sic

membrum peccare non esset octo nunc. Et sic potest dici de aliis membris exponendo secundum litteram. Quantum ad sensum moralem secundum Crisostomum: Christus non tam de membris corporis hoc dixit quam de propinquis amicis. Et ideo secundum Bedam per manus intelligendi sunt amici et affines, quia facimus quedam per amicos sicut per organum manus. quia quod per amicos facimus per nosipsos facere videmur ut habetur ... ethicorum et in rethorica. Unde Beda in glosa sua dicit sic: manum ... appellat necessarium amicum, id est carum, cuius opere et auxilio cottidiano opus habemus, sed talis si nos ledere in causa anime voluit excludendus est a nostra societate ne si ... in hac vita partem habere volumus simul in futuro cum illo pereamus. Ideo dicit philosophus ix ethicorum c. ix quod amicitia pravorum mala est quia tales amici sepe innotuntur in detrimentum et malum et scandalum. Per pedes intelliguntur servi et familiares qui debent corrigi et castigari, qui et si sunt inemendabiles secundum Bedam sunt alendi a nobis ne per dimiciam eorum quos castigare nequimus et ipsi polluti pereamus. Et concludit quod tales scilicet servi et famuli pedes dicti sunt propter ministerium discursus quod in nostris usibus accomodos. Per oculum intelliguntur consideraciones nostre, que et si quandoque incipiunt in bono et sunt bone tamen finaliter tendunt in scandalum et malum. Et de hoc ponit Crisostomus exemplum vel casum sic: erat quedam mulier religiosa. eam respexi et dixi deberi illam visitare assidue ut instruam illam et confirmarem in bono. bonus est iste respectus et oculus dexter. sed dum assidue visitarem decidi in laqueum desiderii eius. Et ille respectus factus est michi in scandalum. quod bonus respectus fuit michi octo nunc. Igitur multum resistende sunt affectiones et intenciones nostre ne proflüant et vitant in scandalum. eccli ix virginem ne aspiciatis ne scandalizeris in decore suo.

Et nonum diligenter quod salvator hic ponit eternam gehennam tormentorum, videlicet gehennam ubi vermis eorum non moritur

Moraliter

Manus amici

Pedes servi

alenda

Oculus consideraciones

refugiendum

et ignem qui non extinguitur / Et ideo videnď est
aliqualiť de istis Et primo de Jehenna quod certa quod
frigidum quod sicut Johannes in omeli illa de uno
mre. nichil optimum quod non reuele̓ zc Nomen
gehenne in veteribus libris non invenitur Sed primo
a salvatore ponitur / ydolum baal fuisse iuxta ierlm ad
radices montis moria in quibus syloa fluit / ut
semel legimus hec vallis et campi pin plannies irrigua
erat et nemorosa plena quoque delicijs / et lucus in ea ydol
consecratus / Insanitam enim populus israel devenerat deme
ciam ut deserta templi ̄ vicina ubi hostias immolaret
et rigorem religionis delicie vincerent filios quoque suos ibi
incenderent vel imolarent demonibus / et appella
batur locus ille gehenon .i. vallis filiorum ennon.
hoc libri regum et paralip. et ieremias scribunt plenissime
et comminatur deus se locum illum implere cadaveri
bus mortuorum ut nequaquam vocetur thophet . sed locus
paliandrum .i. tumulus mortuorum et concludit ioh
quod futura supplicia et pene perpetue quibus peccatores cru
ciandi sunt huius loci vocabulo designantur: nam
per hoc nomen intelligitur horror fetor dolor ut
patet in hijs que dicta sunt / Secundo videnď est de
verme illo dampnatorum utrum sit materialis aut spiritualis
quia Augustinus xxi de civi. dei. ponit duas opiniones
/ prima est quod quidam voluit vermem illum esse materialem
quia in ecclesiastice scribitur quod vindicta carnis impij
ignis et vermis / et Judith ult. dicitur, Dabit ignem
et vermem in carnes eorum / Sed in carne non est
nisi vermis materialis / Item ignis in scriptura communiter
adiungitur cum verme . sed ignis ille non solum est
spiritualis sed etiam materialis ut dicetur post ista et sic videtur
de verme illo / Alia opinio est eorum qui magis rationi
sequuntur ut dicit Augustinus ubi supra est quod vermis ille est
spiritualis . quia ysa. xiiii. de dyabolo dicitur opimentum
tuum erit vermes sed constat quod dyabolus non habet vermem
materialem ergo zc. Et istam opinionem dicit Augustinus sibi magis
placere Et ex quo sibi placet . et nobis similiter / Ideo
dicunt doctores quod vermis iste est acculeus vel remorsus conscientie

(margin:) Ver gehenna
/ legitur nota
/ vermis
1
Eccl. 1
2

qui continue affliget dampnatos Raciones ad m{eliu}m est
igitur malis affligendo corpus affligit et aiam
et vnitam et plenius sic vehemens dolor et remor // m
sus conscie et tristicia aie redundat et corpus
sicut scriptum est spus tristis desiccat ossa Cum g{ra}
et in dampnatis maximus conscie remorsus et dolor
ita ut redundet in carnem ideo dicitur scriptura
quod dabit deus vermem in carnem eorum et exp{re}s
sit multum ad terrorem carnalium qui magis hor
rent penam carnis quam aie vel potest dici quod caro
ibi dicitur opus carnale hoc est opus peccati ex
quo generatur vermis peti spualis De illo igitur vtrum

·Ignis·

sit materialis aut spiritualis Doctores quidam ut Aug{ustinus} xxi
de Civ. Di. et eciam Gr{egorius} similiter d{icit} Ali... quarti libri et
Greg{orius} in iiii{to} dialogorum dicunt quod erit materialis qui
semper ardebit sine fine et tamen corpora non consumet
quod multis exemplis Aug{ustinus} ubi s{upra} astruit de salaman
dra que vivit in igne et multis aliis exemplis
videat qui voluit causa brevitatis omitto Et quia
dampnati et demones habebunt quendam ardorem in se
ex ira et odio quia se et oia odio habebunt ipsi interius
cruciabuntur et quasi ardebunt hinc est quod eciam aliqui
sancti et doctores posuerunt quod ibi est ignis spiritualis cum
alio et sic sufficiat de isto Et sequitur Omnis enim
igne salietur et omnis victima // salietur. Hic po{nitur} // Sal

declaracio dictorum quia supra dixerat xpus quod ad
evitandum scandalum pes erat amputandus et manus // ab scandalo
et oculus eruendus que quidem moraliter exponendo
mutilacio illa non est intelligenda per abscisionem vel
erucionem alicuius membri sed per restriccionem ab actu
malo quod fit per maceracionem carnis et discipli
nam ubi necessaria est discrecio sapiencie que per sal
in sacra scriptura sepius intelligitur Unde sciendum
primo ad maiorem evidenciam lre quod in scriptura
sal signat moraliter

·Sal·

~~Saporem devocionis et confessionis~~	De prima sicut accidit
~~Dulcorem cognicionis et sapiencie~~	Luc. xiiii. Bonum est
honorem placacionis et excellencie	est sal quod si evanue
valorem dileccionis et gracie	rit in quo condietur
tenorem duracionis et constancie	et in figura helisei

misit sal in aquas amaras que in dulcedinem verse sunt iiii R. ii. In secundo intellectum accipitur luc. xiiii ubi xpistus dicebat apostolis vos estis sal terre .i. sapientia mundi / Et quod discrecio sapientie per sal intelligatur Seneca dicit sermones tui sale conditi sint Et philosophus ii Rethorice c. li narrat quod Androcles dicebat quod leges indigent directore / et ideo quidam contra eum turbabantur quia hoc videtur incredibile / qui volens hoc fieri credibile dixit per simile Ecce pisces marini indigent sale Et tamen hoc videtur incredibile ex quo nutriuntur in salsa .i. in aqua salsa / Et sic patet quod Androcles comparabat sal discrecioni et sapientie quibus leges // Pro tercia signe in figura accipitur leuit. ii ubi dicitur Quicquid obtuleris sacrificii sale condies De quarta dicitur ix. bonum est sal quod si insulsum fuerit in quo condietur / Et insulsum comedi non potest Job vi De quinta videlicet quod sal signat penitenciam et laborem in figura dicitur eze. xvi quando nata es non est precisus umbilicus tuus nec aqua lota es in salutem nec sale condita / Et ideo quilibet qui ad salutem vult venire debet habere sal

Sapidum in devocione	Modo ad propositum quando dicit
Nitidum in cognicione	saluator Omnis igne
Fervidum in dileccione	salietur .i. per tertium modum
Validum in confirmacione	acquirendi discrecionem
Sinputribilem in duracione	sapientie que acquiritur

tribulacionis igne / quia vexacio dabit intellectum ysa. xxviii / Et pacia in conservacione / penitencia in contricione et sustinencia in tribulacione in sale designantur / quia per istas virtutes caro preservatur a vermibus peccati ne corrumpatur Et ita exponit primo beda literam / Vel per igne patet gracia spiritus sancti quo aqua salsa .i. contricio et devocio decoquitur et vertitur in sal dileccionis cognicionis et confirmacionis / Et sic subiungit beda quod isto igne quem xpistus venit mittere in terram salietur non solum omnem verminum generacionem longe abigit sed ipsum quoque carnem que ita salitur consumit / et ita loquitur Apostolus ad Col. iiii Sermo vester semper in gracia

2
// dirigit
3
8
7
28 vult dicere glo
hoc est igne salietur i. tribulacionibus [illegible] [illegible] xpisti amicos dilectos et [illegible] [illegible] abnegare

sale sit condimus vt sciatis rndere &c Et omnis vic
tima sale condietur locucio parabolica est quia sicut
in lege mosayca in omni victima nisi sal poneba
vt pz leuit ii et iii Ita in victima spuali in cor
de sanctorum virorum que fit in vera contricione

sancta intencione	Sal discrecionis semp debz
deuota oracione	apponi vnde beda in 9o
firma dileccione	dicit possimus certe intel

ligere q dictum est omnis victima sale salietur
q altare dei sit cor electorum hostie vero et sacrificia
in hoc altari offerenda bona sunt opa fidelium In
omnibus sacrificijs sal dz offerri quia nullum e opus
bonum quod sal sapie ab omni contagione non expurgz
Ideo ad hebr xiii dicit apos Offeramus semp laudis
deo hostiam fructum labiorum &c Secundo bonum est sal quod
si insulsum fuit in quo condietur. hic vt sup dictum
est sal accipitur p statu honoris et excellencie maxime
pro predicatoribus et statu eorum ad quem statum
apli erant ordinati vt fidem xpi annunciarent p vni
uersum mundum Et ideo vocabantur abstractiue sal
mt v Vos estis sal terre Nec mirum quia qn est
aliquis excellens in aliqua proprietate aut virtute no
solum denominatur ab ea concretiue sed eciam abstracti
ue sicut qn nobilis dicitur aliquis liberalis aut sapi
ens Et per istum modum loquitur saluator discipulis
suis qui ceteros precellere debebant Ideo indigebant
vt non solum sale sapiencie essent conditi sed antonomastice
ma essent sal Et eciam loquitur predicatoribus qui
discreti maturi sciati et firmi debent esse Quia
si predicator fuit insulsus i sine sale discrecionis
vitans et sciatur in quo condietur. quia sermo vitatus
sermo eius et insipidus Et sic patet Job vi non potest
comedi insulsum qd non sale conditum. Vnde beda
concludit verum quia sunt nonnulli quos d maior
scia erigit a ceterorum societate disiungit Et quo am
plius sapere credunt eo minus a concordie virtute desi

qz Nec vix vtile e
qz per. discretio
ne ... phi . . .
Nec ... ...
qz ...
... ...
Nec ...
... Nec
... ...
Nec alius ...
... ...
... ...
h ... ... capit ...
... ... 9 ...

[illegible] ... ad [illegible] ... Et pacem habete inter vos ... pax ... [illegible]

pistinur. Et sequitur: Qui enim loqui sapienter mittit magno ope metiatur ne eius eloquiis audiendum veritas confundatur. Sic igitur congliet et salvatur precipiendo et consulendo habete in vobis sal eo modo .f. quod dictum est. Et pacem habete inter vos. et videte quomodo ista est bona conclusio capituli quia pax est finis et totius virtutis complementum sicut dicitur apostolus ad Ephes. iiij. solliciti sitis servare unitatem in vinculo pacis. Sed quia triplex est pax ut alias tractavi multum diffuse in lectura supra ad tytum. ideo breviter hic pertranseo. Unde sciendum quod triplex est pax. Mundialis dubitalis Moralis et utilis. De prima dicitur Zach. viij. Introeunti et exeunti in terra non erat pax tribulatione quia ista pax consistit in diviciis delicys castigus et viciis. Et ideo dubitalis. Et est ratio quia ista pax non habet stabile fundamentum ideo proprie non dicitur pax. Unde Jer. xiiij. dicitur prophetae visiones pacis et dicunt pax pax et non est pax. Secunda pax est moralis qua vivunt homines inter se in dulci amicitia principes inter se in bona concordia. Et certe ista cives inter se in dulci obedientia. pace quod homines hoc vivunt inter se caritative et pacifice sicut dicit Augustinus in de Civitate dei Nichil gloriosius nichil delectabilius potest audiri nec capi ista. Unde ii ad Cor. xiij. habete pacem et deus pacis erit vobiscum. Tercia pax est habere pacem cum deo et ista est bene desideranda quia [illegible]

Pax: Spiritualis, Mundialis, Moralis, Spiritualis

nobilitat	Unde Apostolus ad Phill. iiij. oratur
sanctificat	dominus pax dei que exsuperat omnem sensum
letificat	custodiat corda vestra et intellige-
iustificat	ntias vestras. Et istam pacem xpus
vivificat	dominus apportavit in sua incarna-
glorificat	tione / declaravit in sua predicatione

Reparavit in sua passione / Confirmavit in sua resurrectione delegavit in sua ascensione Et donabit in generali retributione. Et ideo sicut dicit Apostolus primo Rom. gratia et pax vobis ab eo qui est qui erat et qui venturus est quod nobis etc.

Venit in fines Iudee ultra Iordanem

Et inde exurgens etc. In ista parte ponitur confutatio phariseorum in lege promissis. Et primo ponit confutationem eorum, secundo sacerdotum in xi° c°. Primam in duas, quia primo ponit phariseorum confutationem, secundo discipulorum instructionem ibi Et offerebant ei puerulos. Circa primam partem sciendum quod sicut dicit textus huius Marcus evangelista narravit ea que dominus in galilea fecit et docuit. Hic incipit narrare ea que in Iudea fecit. Ideo dicitur quod exurgens a parte galilee venit in fines Iudee ultra Iordanem. Aliquando tota terra Iudeorum dicebatur Iudea iuxta illud Notus in Iudea deus, et hoc ad distinctionem aliarum gentium. Specialiter tamen Iudea dicebatur meridiana que dicebatur antiquitus regnum Iuda et continebat tunc sortes duarum tribuum Iude et Beniamin que remanserunt Roboam postquam alie x tribus separate fuerunt ab eis tempore Ieroboam ut patet in Regum. Et tota fuit antiquitus illa pars regni Israel tempore Christi dicebatur samaria a galilee sive galilea. Et ideo illa dimissa venit salvator in Iudeam transiordanem ad orientem deinde ad Iordanem ubi erat Iericho bethania et Ierosolima.

Et convenerunt iterum turbe et sicut consueverat docebat illos. Sed de quo sciendum quod dominus discipulos docet de multis quia sicut dicit Iob xxxv. Qui docet nos super iumenta terre, videlicet Rectitudinem veritatis, psalmus Docebit mites vias suas; constancie firmitatem, psalmus qui docet manus meas ad prelium; prudencie claritatem, psalmus bonitatem et disciplinam et scienciam; Iusticie equitatem, psalmus Iudicia tua doce me; Sanctimonie bonitatem, i Io. 2° unctio eius docet nos de omnibus; obediencie humilitatem, psalmus Venite filii audite me timorem domini. Et propter ista dicitur Io. ii° sicut docuit manete in eo.

Et accedentes pharisei interrogabant eum. Notanda est hic magna mentium distancia turbarum et phariseorum. Hee veniunt ut doceantur et sui sanentur infirmi. Illi accedunt ut salvatorem ac veritatis doctorem temptando deciperent. Unde Interrogabant eum si liceat viro dimittere uxorem quacunque ex causa. Beda dicit hic quod cornuto argumento [illegible] et quodcunque responderit captioni pateat. Si dixit uxorem

Dicit [illegible] Et inde a galilea

aderant

[illegible] prologus

dimittendi quamcumque ex causa et ducendam aliam
pudiare videbitur esse predicator gentis. Si autem
crediderit non omnem ob causam debere dimitti, ipse sa
crilegus reus erit quia adversus legem moysi et per
consequens adversus legem dei videtur dicere. Et ideo ut dicit
Crisostomus super Mathei xix non statim credit ne tumultua
rentur. Et Beda dominus credidit tempus ut de capitulo
triscat. Et ideo primo petit eorum sententiam ut sua virtute
iuste possit eos confutare. Et ideo petit quid vobis
precepit vobis. Qui dixerunt moyses permisit libellum
repudii scribere et dimittere. Unde sicut dicitur Deuteronomii xxiiii
precepit moyses quod si vir acceperit uxorem et habuerit
eam et non habuerit gratiam in oculis eius propter aliquam
feditatem, scribet libellum repudii et dabit in manu
illius et dimittet eam de domo. Sed medio nec ille
nec illa poterant nubere ymo si contraherent mecha
bantur. Et si illa sic egressa acciperet alium virum illo
mortuo primus maritus non poterat accipere eam iterum
quoniam polluta erat. Beda dicit in glosa quod moyses
cum videret Iudeos propter desiderium secundarum nuptiarum
et coniugum que prioribus erant ditiores iuniores ac
pulcriores primas uxores mesta aut malam vitam ducere
malunt adulterare discordiam gentilium odia et homicidia
perpetrare. Et ideo dicit Christus credens ait ad duritiam
cordis vestri scripsit vobis preceptum istud. Beda quod
noviter Christus dicit quod moyses non deus permisit hoc
ad denotandum secundum apostolum quod istud fuit consilium hominis
non imperium dei. Augustinus contra Faustum dicit quod scribe
erant illi qui libellos repudii scribebant nec aliquis
alius ausus fuisset hos scribere. Et quia erant sapi
entes viri antequam scriberent illum libellum hortabantur
bono consilio virum ut cum uxore sua pacifice vi
veret et dilectam concordiam quam inter se invicem
servarent. Et si flecti ille non posset tunc scribebatur li
bellus repudii ut appareret quod sine causa eam dimisisset.
Et concludit Augustinus magna duritia cordis erat quod
nulla prudentium suasione vel exhortatione revocari
poterat ad recipiendam vel revocandam coniugis caritatem.

Moyses

Desiderium propter

secundarum nuptiarum ad placitum

Ut ille v-u dicitur erat

Quibus ipso deus Christus erat

Ex istis dictis statim videtur quod repudium non erat lici
tum Sed contra obiciatur sic lex mosayca illicita pu
niebat quod non puniebatur in lege tempore legis
erat licitum Sed repudiacio non puniebatur sed per
mittebatur ergo erat licita Item erat quod divina
inspiracione mandatur Sed moyses divina inspi
racione afflatus dedit suam legem videlicet deutonomii
v° xxiiij c° ipse precepit libellum repudii dari ergo videtur
quod sit licitum In oppositum arguitur per illud quod dicit
xpistus in textu quos deus coniunxit homo non separet
Sed deus a principio coniunxit masculum et feminam in mat
rimonio igitur etc Item hoc non est licitum in quo
est peccatum sed secundum Crisostomum super mt. xix° ubi tractatur
eadem materia in divorcio est quia qui dimittit
aput deum in eternum dampnacionem incurrit ergo non est lici
tum Respondeo repudium numquam fuit licitum sicut dixit
dominus ut sine culpa fieret fuit tamen licitum sic ut fieret
sine pena Unde aliquid licere aliquando potest esse dupliciter

Iuris recti do

sive duplici de causa aut quia non obviat iuris
rectitudini et sic numquam fuit repudium licitum aut est

Legis punicio

licitum quia non obviat legi punicioni Et hoc modo
licuit repudium dare Et ad primam racionem cum arguitur
quod hoc quod lex non puniebat ergo hoc fieri exhibebat
Dico quod licet lex mosayca non decerneret punicionem tamen lex
nature in dictamine recte racionis et hoc prohibebat et

Permissio

obviabat Et cum dicitur quod lex hoc permittebat Respondeo
quod permissio est quadruplex Una est per privacionem
precepcionis et sic apostolus permittit virginibus nubere

1.

quia non precepit quod est maius bonum scilicet virginitatem
servare Alio modo per privacionem prohibicionis et

2.

sic peccata venialia permittuntur quia non prohibentur

3.

Tercio modo per privacionem punicionis et sic repu

4.

dium erat permissum Quarto modo per privacionem cohi
bicionis et sic deus permittit omnia mala fieri quia
non cohibet Prima permissio est propter boni consilium
secunda propter nostram infirmitatem Tercia est propter vi
tanda maiora mala Quarta est propter eliciendam
maiora bona Et quia moyses non poterat vitare

hoc malum qn maiora sequentur vt de filio sathi qr
multi noluissent nubere. 2º quia sequetur multiplicis
fornicacionis. 3º homicidium. Jdo permisit repudium propter
tristiciam. Sed secundum rationem qre dicitur qr moyses instinctu
spiritus sancti hoc precepit etc. Dico qr moyses circa matrimonium
aliquid mandat et aliquid permisit. Mandauit qr nul-
lus sine causa vxorem dimitteret. permisit ut causa
fornicacionis hoc facere possit. Ex dictis patet qr hoc permisit
aut voluit ad duriciam cordis ipsorum sicut dicit
Moyses deut. xxxi. Ego contenciam tuam et ceruicem
tuam durissimam. Nondum ad nram erudicionem mora-
liter exponendo. vt michi qr repudium quod fiebat in antiqua lege
cottidie detius fit in ecclesia dei. Nam prelati et vi-
ri ecclesiastici qui ecclesiis desponsantur matrimonio indissolu-
bili. et eis promiserunt sub attestacione anuli seruare
fidelitatem dilectionis et caritatis easque ornare et cus-
todire in bonis et aliis vt viri fideles. Contra eas dimit-
tunt relinquendo quo ad cohabitacionem et formam spiritualem
cum principibus et aliis diuitibus. Et qr detiuus dum
vident aliam etiam prebendam aut episcopatum pulcriore
aut pinguiorem imponunt vxori prime quam desflorave-
runt ea abutendo vastauerunt spoliando maculam fidei
et paupertatis imponunt et procurant diuorcium facere
et aliam accipere per preces et precia per dominos
et nuncios. quod non faciunt propter vtilitatem ecclesie
sed propter cupiditatem sui. quibus possit dici illud dan.
xiii. semen chanaan et non iuda species decepit te.
Unde bene dicit eccl. vii. Noli discedere a muliere
sensata et bona. Et p. cor. vii. Alligatus es vxori
noli querere solucionem quia dimissam qui duxerit mechatur.
Vnde Cris. super mt. xix. istam materiam tractans
dicit sic. Si quos deus coniunxerit non conuenit ab eo
separare. et sic de isto. Ab inicio autem creature masculum
et feminam fecit eos deus. Et dixit. propter hoc relinquet homo
patrem et matrem et adhebit vxori sue et erunt duo
in carne vna. Jtaque iam non sunt duo sed vna caro.
Beda dicit h qr notanter dicit, adhebit vxori sue
non dixit ad vxores in plurali ut masculum et feminam
vnius coniugis consorcio retentum. Et Crisostomus vbi

Nota

super dixit Si voluisset hanc dimitti et aliam introduci
tetrasset plurimas mulieres nec solum deus hominem mulierem
coniunxit sed etiam relinquere parentes precepit et mulieri ad
herere. Et ipso modo loquendi inseparabilitatem matrimonii
demonstrat. Et statim videtur hoc oriri queso et est
litteralis Utrum homo magis teneatur diligere uxorem
quam patrem et matrem. Et videtur quod sic per textum istud

Questio

quia nullus dimittit aliquam rem nisi pro re magis
dilecta sed Gen. 2o et hic in textu dicitur quod propter uxorem
dimittet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue
ergo magis tenetur diligere eam. Item apostolus ad Ephe. 5
dicit Diligite uxores vestras sicut corpora vestra sed homo
tenetur magis diligere corpus proprium quam patrem et ma
trem. Item ubi sunt plures rationes dilectionis et ma
ior dilectio ibi debet esse utile et delectabile et propter
virtutem si sint virtuosi. ergo magis debet homo diligere uxo
rem quam parentes. Contrarium tamen videtur quia magis
debet homo diligere a quo magis diligitur et stabilius
et magis amore reflexo et propter seipsum. sed homo istis modis
a matre sua verius(?) diligitur quam ab uxore. igitur debet
magis amare matrem quam uxorem. Minor patet quantum
ad primam partem uxorem non stabiliter diligunt testante
Senec. li. de remediis fortuitorum c. de amissione uxoris
in principio sic dicente Si bonam uxorem habuisti non potes
pro maxima(?) affirmare in illo fuisse proposito nichil tam
mobile quam feminarum vos nichil tam vagum. Sed de cor
nutricis(?) respectu filii numquam moritur ergo etc. Sed patet per philosophum
viii. ethicorum mulieres amant ut redamentur. mater amat
filium sine recompensatione(?). Tertium quia secundum philosophum ubi supra
mulieres amant propter utile aut delectabile. matres autem
amant filios etsi nichil debeat eis provenire(?). ergo homo
magis tenetur diligere matrem suam quam uxorem.

Responsio

Respondeo quod gradus dilectionis et secundum comparationem ad diligentem
Si primo modo accipiatur magis diligendi sunt parentes quam
uxores quia diliguntur sub ratione principii et eminen
tioris cuiusdam boni. Secundum autem coniunctionis rationem magis est
diligenda uxor quia coniungitur viro ut una caro existens
ut dicitur in textu. nichilominus maior reverentia debet exhi
beri parentibus. Et tunc ad primam rationem dicendum quod in casu
uxor esset dimittenda et pater et mater sustinendi

Sed quantum ad unionem carnalis copule propter quam
sit combinacio maris et femine convenit gratia ut dicit
philosophus primo polit. c. 1. parentes sunt dimittendi. Ad
quartam racionem dicendum quod non est intelligendum quod homo
debeat diligere carnaliter sicut seipsum sed racio dilectionis
quam aliquis habet ad seipsum est racio dilectionis qua habet
homo ad uxorem suam. Ad etiam racionem dicendum quod inter
evam virum et uxorem possunt ille condiciones in-
veniri secundum raciones coniunccionis quantum ille ponderent
in canone. Sed de hoc non est modo inquirendum. Quod dicitur
et erunt duo in carne una potest exponi et expo-
nitur quod erunt duo etc. vel in carnali copula vel
in communi prole suscepta. Sed statim obicitur quod coniunccio ma-
trimonii hoc non facit quia in fornicario coitu
eodem modo fiunt coeuntes una caro secundum apostolum primo Cor.
vi. quia adheret meretrici unum corpus efficitur. Sed
dicendum quod non quia consensus maritalis facit matrimonium
in intencione promissione fidelitatis ad invicem et con-
iugalis castitatis. Et sic efficiuntur quasi unius voluntatis
et carnalitatis quia propter actus coniugalis debiti red-
ditus est premium et fornicarius est peccatum. Vel forte propterea
homo de eva dicit hic gen. ii. quia de ipso sumpta caro
unde dixit hoc nunc os ex ossibus meis et caro
de carne mea etc. Agitur quod deus coniunxit homo non separet
scilicet in uno consensu in una voluntate in uno vinculo ma-
trimoniali. Et in una lege caritatis et amoris sicut
act. iiii. multitudinis credencium erat cor unum et anima
una. Et sicut dicit beda in glosa illam unitatem
separat qui propter desiderium secunde uxoris primam dimittit.
Et iterum in domo discipuli eius de eodem interrogabant
eum quia erant rudes adhuc non plene intellige-
bant verbum christi. Et ideo quia querebant de eadem re
ipse eodem modo reddit ut prius. Quicumque dimiserit uxo-
rem super suam et aliam superduxerit adulterium
committit. Ad maiorem evidenciam litere est sciendum quod
pluribus de causis fit divorcium et separacio legitima
viri et uxoris a thoro vel alii. Primo propter fornicacionem
sicut plane dicit salvator Mat. xix. et habetur idem
xxxii q. i. dixit dominus. Et tunc contrahere amplius alio
vivente non possunt ideo manent coniuges sed ibidem

vel unitate prolis

interrogavit eum
et cetera alius

super eam
vel propter
miserit
et sim
hic imp
et mechatur

q. vij. c° p'mo et ij Tam si alter fornicatur pt ec
de matrimonium reintegrari ? e. extra Item fit di
uorcium a thoro si alter fideliu labatur in heresim
Et tunc similiter alter contrahe non pt. s. eod. c. ij
2. c. quanto Si autem reuertatur ad fidem alter qui re
mansit tenetur recipere reuertentem s. eod. de illo c.
quanto in fine Tamen propter adulterium carnale non solum
maritus tenetur dimittere uxorem puta ... uxorem
tradidit adulterandam inuitam. s. de eo qui cogno
uit consang. sue uxoris disretionem Item si vir remit
tat adulterium commissum ar. xxxij. q. i. si ille Etiam
federis matrimonii dissoluitur Si arguatur consanguinitas
aut affinitas vel ad pretium impedimentum quia de iure
matrimonium nullum fuit Et tunc datur licentia contra
hendi viris s. eod. t° c. iij. s. preterea et mirabilis quod de
cetero non habitabunt simul non enim in loco suspecto

Et offerebant illi puulos ut tangeret eos dis
cipuli comminabantur offerentibus In ista pte ve
dictum fuit sup domini discipulorum instructio
Et post dicta instructio in instructionis confirmacio et
perficiente etc prima in tres quia primo instruit dis
cipulos de humilitate que est fundamentum aliarum virtutum
Secundo de voluntaria paupertate Et cum egressus Tertio
de tolleranda aduersitate ibi Et assumes xij In prima
pte dicitur Et offerebant puulos ut tangeret credentes
quod suo tactu pueri in melius pficerent corpore et anima Et in
hoc ut dicit thomas pz fides turbarum quod discipuli
prohibebant ut dicit beda non erat quod nollent eis sal
uatoris et voce et manu benedici Sed quia ipsi non he
bant de xpo adhuc plenissimam fidem unde pu
tabant eum ex similitudine hominum officiorum importunitate
fatigari Unde quod cum vidisset ihesus indigne tulit
et ait sinite puulos venire ad me et ne prohibueritis
eos talium est regnum dei Beda dicit quod signanter
dicit talium et non aliorum aut istorum ut ostenderet
non etatem regnare sed mores et hijs qui similem
habent innocentiam et simplicitatem premium repromittit apostolus
quoque in eandem sententiam concurrens fratres nolite pueri effici

Margin: aut. / Illis / xiij

ssibus sed malitia paruuli estote Et ad declaracionem et maiorem erudicionem est sciendum quod paruulus habet

Innocenciam puriorem — Et istas condiciones secundum
Simplicitatem dulciorem — nunc huius De prima
Obediencia veriorem — condicione iam dictum
Veritatem certiorem — est de apostolo qui dicit

prima cor. xiiii Nolite effici etc. De secunda prima cor. iii tangitur paruul. in xpo i. simplicibus potum dedi vobis lac non escam De iiiia prima Thess. ii facti sumus paruuli in medio vestri tanquam si nutrix foueat filios suos De quarto mt. xi Confitetur tibi pater celi etc. quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus secundum huius seculi et reuelasti ea paruulis i. humilibus quia omnis Innocencia obediencia simplicitas et veritas in humilitate fundantur. Ideo ps. dicitur Custodiens paruulos dominus humiliatus sum et liberauit me ymo exaltauit usque ad regnum celestem solium Quia ut dicitur pro. x. sapiencia misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Si quis est paruulus veniat ad me Id hic in textu bene dicebat saluator Sinite paruulos etc. Amen dico vobis quia nisi quis receperit regnum dei velut paruulus non intrabit in illud. ideo est sicut tractauit beda diffuse in omnino sine predictis virtutibus que sunt in paruulo vt dictum est nemo sit dignus regno dei Et ideo bene concludit Crisostomus de isto quod si velimus intrare regnum dei vt oportet vt hec voluntarie operemur quod habet paruulus per naturam. Et complexans eos et imponens manus super eos benedicebat eos Beda vt humiles spiritu sua benedictione gracia et dilectione dignos esse significet. Per hunc de ac manus impositionem sacerdos conferens confirmat.

Et cum egressus esset in via procurrens quidam genuflexo etc. Hic instruit discipulos suos de voluntaria paupertate. Et primo de mandatorum obseruacione ii de temporalium abrenunciacione ibi vnum tibi deest. Dicit ergo primo Et cum egressus etc. Beda in omnino dicit sic. Audierat iterum iste questor vitam eterne a domino tamen eos qui paruulos volunt similes esse dignos esse introitu regni celestis atque ideo curam certior esse desiderat tractatus eorum poscat sibi non per parabolas sed aperte quibus operibus vitam eternam consequi possit exponi

Marginal notes:

quia via certa humilis
xpm eius ... humilis per hanc etiam
absconditur non ...
... humiliatus
est ... superbus
...
... humilibus est ... pertinent

Mandatorum obseruacio est necessaria temporalium vero dimissio est consilii et supererogacionis
Per quod ... de mandatorum obseruacione ... perfectus dignus ...
... ad ...

ante eum regulabat eum magister bone i

Sz de hoc quod dicit genu flexo est sciendum quod aliqui dicunt
flectere genu ex veneracione / derisione / devocione
et peticione / Primo modo omnes egypcij flectebant
genua sua coram Joseph gen. xli. Et omnes maiores
palacij coram aman hest. iii / Secundo flectebant iudei
coram xpo pendente in cruce et in crucifixione mt.
xxvij / Tercio modo salomon super basim flexis geni
bus adorabant dominum ij par. vi. Et paulus omnibus
discipulis suis · Act xx · Quarto modo flexit genua coram
helia quinquagenarius missus a rege syrie · iiij° Reg. i°
Et leprosus ad ihesum deprecans genu flexo ut munda
retur Mr. i° Et sic preter istam causam iste ut impetraret
quod petebat genuflexo venit ad ihesum Et forte eciam
ex devocione et veneracione / Unde dixit magister bone
quid faciam ut vitam eternam percipiam / Thomas dicit hic
miror de isto iuvene qui aliis pro infirmitatibus
ad xpm accedentibus hic vite eterne possessionem postu
lat / cum maligna sit possessio avaricie / propter quod
modum contristatus est / Et bene dicit vocans eum
magistrum bonum Nam ille est bonus magister qui docet honorabilia
utilia — Sz salvator erat huiusmodi ergo erat bo
necessaria — nus magister / Maior declaratur / Nam illi
fugere vicia — artifices qui docent vilia et sciencias
mechanicas vel lucrativas in comparacione ad puram philosophiam
sive ad theologiam que vera sapiencia et vera philosophia nuncu
patur et est docent inhonorabilia / Unde boecius
in primo de consolacione vocat illas sciencias scenicas me
retriculas / Theologia vero est de honorabilibus / quia
de altissimis / et sciencia accipit nobilitatem suam a subiecto
ut patet in principio de anima / ergo qui bene docet theologiam
est bonus magister / Secundo dicitur bonus magister qui docet
utilia / contra illos qui docent dampnabilia ut sunt
artes magice et artes prohibite / in quibus est damp
nacio et mors / quorum magisterium est execrabile ma
gis quam audibile / Tercio est bonus magister qui docet
necessaria / contra illos qui docent multa que melius
vel eque bonum est nescire quam scire / Sicut Seneca epistola
lxxxix · narrat de didimo poeta qui scripsit iiii milia
librorum et tractavit multa inutilia que sunt vel mr ence

Veneracione
Derisione
Devocione
Peticione
Honorabilia
Utilia
Necessaria

de p[ro]pria homerian accron fuit libidinosior an ebrio
sior et dic[it] miser si tam sup[er] vicia legiss[et] etc. Tercio
est bonus doctor qui doc[et] fugere vicia / cont[ra] illos
qui magis student circa librum ovidij de arte amādi
q[ua]m in li[br]o eth[icorum] // sicut ego vidi unu[m] m[a]g[ist]r[u]m in artib[us]
p[ar]isius qui fecit tractatum unu[m] de ludo taxillorum
et publicavit in vico straminu[m] / Minor declaratur
quia bonus m[agiste]r n[oste]r docet honorabilia quia altissia
e[ter]na dicens. Luc. xiij Querite p[ri]mu[m] regnu[m] dei et
iusticiam eius etc. Et M[a]t[thei] v. beati pacifici qui filij
dei vocabuntur / ecce magna nobilitas et honorabil[is]
doctrina ubi addiscitur esse et devenire filios dei / Secu[n]do
docet ut bonus m[agiste]r utilia non frivola non magica
Unde Joh. viij dic[it] v[er]ba que ego loquor sp[iritu]s et vi
ta sunt ergo utilia et Joh. xv. Si quis dilig[it] me
s[er]monem meum s[er]vabit et ad eum venie[mu]s etc. Tercio
docet ut bo[nu]s magister necc[ess]aria ad sciendu[m] videlic[et] ea
per que venitur ad gl[or]iam et sine quibus haberi no[n]
potest / Sicut p[atet] Joh. iij[o] de Nicodemo qui dixit
xp[ist]o Rabi[?] quia a deo venisti m[agiste]r / Cui dominus
r[espo]ndit que necc[essa]ria erant / q[uo]z nos nasci denuo nisi
quis renatus fuerit ex aqua et sp[irit]u sancto no[n] in[troi]b[it]
ibit in regnu[m] celorum / Quarto ut bo[nu]s m[agiste]r docet
fugere vicia / patet in doctrina ~~[illegible]~~ euuan[gelica] / no[n] solu[m]
a xp[ist]o docentur de regula boni moris s[ed] et consilia
que sunt p[er]fectionis et sup[er]erogacionis ut diligere
inimicos et orare pro eis / Et pure genas et maxil
las percucienti et multa alia que in doctrina xp[ist]i
continentur. Ideo et si p[er]versa intencione tamen
verum dicebat illi qui aiebat M[a]t[thei] xxij Magist[er]
scimus quia verax es et viam dei doces in veritate /
etc. Quod dam[?] approbans Jo. xiij vos vocatis me
domine et m[agiste]r et bene dicitis sum etenim Et ideo
hic xp[ist]us non r[espo]ndit ad hoc q[uod] vocabat eum ma
gistrum sed ad hoc q[uod] dixit eum bonu[m] / unde
Jh[esu]s dixit ei Quid me dicis bonu[m] Nemo bonus
nisi unus deus / Beda h[ic] m[agis] co[nte]m[p]l[atur]? dicit pulchre quia iste

//solus//

Fuge vicia

Honorabilia

Utilia

Necc[essari]a

Fuge vicia

Po[st] d[ict]a r[espon]so [illegible]
[illegible]
[illegible]

vocaverat enim magistrum bonum, et non deum vel dei filium
~~filium confessus erat dicit crisostomus~~ sed hominem
~~crederet~~ in comparatione dei nohisse ~~magistrum non bo-~~
~~esse negat sed magistrum sine deo nullum bonum~~
~~testatur~~ Est etiam sciendum hic quod per dictas ex bos
non excludit tamen dicit unus est, quia bonus pater
bonus filius bonus spiritus sanctus. De patre dicit in psalmo Con-
fitemini domino quoniam bonus. Filius autem de se dicit
Ioh. x. Ego sum pastor bonus. De spiritu sancto dicitur
luc. x. pater de celo dabit spiritum bonum petentibus
se. Et non sunt ergo tres sunt boni sed sequitur. solus
deus ipse bonus. Est etiam ex hoc notandum quod solus deus
~~est bonus~~ est bonus essencialiter primo bonitas per eum
alie sunt bonitates que sunt ab eo per principacionem
a quo omne donum optimum et omne bonum perfectum procedit
ut dicitur Iac. i. Unde sciendum quod sicut in creaturis
inveniuntur quatuor bona data a deo. scilicet

Bonum naturale
Bonum temporale
Bonum morale
Bonum supernaturale

De quibus tractatum multum diffuse in lectura mea super Iob, ibi sunt quatuor bonitates que dantur creaturis a deo

principaliter scilicet naturalis temporalis. moralis supernaturalis
Naturalis est in pulcritudine fortitudine. fortitudine
corporis et acumine ingenii. Et ita saul dicebatur bonus
et quod non erat melior in israel quia pulcrior et cor-
maior ab humeris et supra ut dicitur primo R. ix Secunda
bonitate dicuntur homines boni divites et magni
sicut in psalmo dicitur de divitibus. Oves eorum fetose
promptuaria eorum plena etc. sequitur beatum dixerunt
cui hec sunt Et eccl. xxxix dicitur bona bonis cre-
ata sunt ab inicio Tertia bonitate dicuntur et sunt
boni homines virtuosi, quia virtus est que habentem perficit
et eius opus bonum reddit ut dicitur ii. ethicorum Et ita
dicebat Achis rex Moab ipsi David. i. R. xxix. Scio
quia bonus es tu sicut angelus dei Quarta
bonitate sunt boni vere boni et beati, quia amplius
peccare non possunt. De qua bonitate psalmus dicebat
ad videndum in bonitate electorum tuorum etc.

Marginalia (left): Dicit crisostomus — Unus ergo et individua trinitas patris et filii et spiritus sancti. Solus et unus deus bonus est. Non ergo se bonum negat sed esse deum. Item nec se magistrum bonum non esse sed absque deo nullum ipse bonum testatur — Bonum — naturale — temporale — morale — supernaturale

Note at foot: + Greg. in mor. c. 16. Omnem ... [illegible]

Arto. 1. In doctrinand et erudiend veritatis solus deus est docens intrinsece doctor et magister principalis, homo autem alius docens extrinsece, potest dici magister et doctor secundarius vel ministerialis

Conclusio 1: In acquisicione scientie naturalis, preter deum, potest doctor dici

·2· In sciencijs disciplinalibus ministerialiter convenit doctorem habere

·3· Propter veritates nec homines vocentur magistri non absolute, sed particulariter, constitutio homine

Ita deus verus, preter quem nullus aliud vel plurium, sed tamen veri in propheta dicitur capitulo 23 Sequitur ergo nolite vocari rabi, unus enim est magister vester. Ne putaretur homo esse prohibitum absolute, consequenter apparet consultum hoc prohibitum est intelligendum. Deus prohibitum hic modo haberi vocari magistrum ut ei principaliter magisterium attribuamus, quod deo competit, et qui in homine sapiunt spem ponentes, et magis de hijs que ab homine audimus quam divinam veritatem consulentes que in nobis loquitur per sue similitudinis impressionem, quam de omnibus possumus iudicare. Sicut enim medicus exterius operatur, natura autem interius operante, dicitur sanare et facere sanitatem. Ita et hic dicitur docere veritatem exterius operans ministerialiter, deo intus docente, qui nobis lumen rationis infundit per quod principia cognoscimus, ex quibus oritur scientie certitudo. Similiter scientia ab homine causata dicitur in nobis. Insuper considerandum quod nobis magis conveniunt intelligentia intrinseca, quasi intus nostra ab illis signis accipit et reddit in se ipso, sed hoc est ministerialiter et incomplete, propter quod totum bene certitudo oritur certitudo proprie. Et ex hijs nulla pro certitudine, scilicet quod resolutur in principia. Item dicitur quod aliquid pro certitudine sit, probatur ex lumine rationis [illegible]

medio quo in nobis lucere debes · et quo nobis illuminationem
et veritatem ostendit / hanc enim lumen rationis ad
nobis inditum sed non destructum a principiis [illegible]
in eis est prima in propria sua effectu / .i. signum
et hoc veritas et ne dicatur dari per et [illegible]
doctus et nobis illuminans / [illegible] quod lumen [illegible]
infundens · sed quod lumen rationis [illegible]
ad suam perfectionem / [illegible] ca quod [illegible] apparent .i. [illegible]
modo dicitur Ephe. 5. [illegible] [illegible]
data est hec illuminare omnes · scilicet [illegible]
verbi dei .i. Thy. 3. [illegible] vos [illegible]
in his que didicisti et credita sunt tibi
[illegible] tanquam a vobis dictum .i. et [illegible]
[illegible] que faciunt sicut ego predicator [illegible]
et [illegible] scilicet ambulantur et [illegible]
Sermo [illegible] [illegible]

Et quo ipse filii boni est ... ipse filii magistri iste et doctor patris ...

Isti igitur sunt aliqua bonitate a deo per participationem quam ipse Anthono ... sed per essenciam Et ideo petebat ... bonus es tu et in bonitate tua doce me iustificaciones tuas / Sequitur quod dixit ei ihesus / precepta nosti Ne adulteres / ne occidas / ne fureris / ne falsum testimonium dixeris Beda dicit quod ista observat pueri cui assimilari iubemur si regnum dei volumus intrare / Etiam ostendit hic secundum Bedam quod iusticia legis custodita tempore suo non solum bona terre venientia cultoribus suis vitam conferebat etiam Ad evidentiam maiorem istorum est sciendum primo quod moyses in monte synai dedit x precepta filiis israel exo xx in duabus thabulis ... prima thabula erant quatuor precepta affirmativa scilicet diliges dominum deum tuum etc. secundum diliges proximum tuum etc. Sabbatum sanctifices quartum honora patrem tuum et matrem tuam In secunda tabula erant sex precepta negativa quorum quatuor priora erant ista que nominat xpus in textu ut dictum est hic / alia duo erant Non concupisces uxorem proximi et rerum eius / Sed quare nominat xpus ista negativa et non nominavit affirmativa sine quibus homo non potest salvari / quia ligant ad semper et pro semper ... Secundo quod ista precepta sunt ut aliquis proximo non noceat / Sed istud non sufficit solum ad salutem ymmo requiritur quod ei debitum reddat Ad Ro. xiii Reddite omnibus debita igitur ingenter ut videtur sunt a domino hic allegata Respondeo et dico quia precepta affirmativa ita sunt clara quod nemini debent latere quia naturaliter debemus honorare diligere proximum / venerari parentes Et ab adolescencia hoc est inclinamur ad malum ut dicitur Gen. 8. ideo mores et actus quibus homo ... possunt alteri ... primo restringendi et per quos nominandi / Ad secundum dicendum quod generaliter ad hoc obligatur homo ut nulli inferat nocumentum et ideo precepta negativa quibus prohibentur nocumenta que possunt proximis inferri maxime quatuor fuerunt inter precepta decalogi ponenda / ea ...

Diliges / Ne fraudem feceris / honora patrem et matrem

quo

... ista

precepta

malum ...

que sunt proximis exhibenda dum similiter exhibentur divis
Et ideo non fuerunt inter precepta decalogi ponenda
Et subdit salvator. ne fraudem feceris. honora patrem
tuum et matrem Circa de fraude nichil est dicendum ad
presens Sed de hoc quod dicit honora etc. quia sicut te
nemur parentibus ad honorandum ita tenemur ad sus
tentandum. quare igitur loquitur preceptum de uno et non
de alio Dicendum quod parentibus absolute inquantum sunt parentes
debentur reverencia honor / Sed sustentacio debetur eis
racione accidentis inquantum sunt indigentes Et quia quod
est per se est prius eo quod est per accidens / Ideo inter precepta
decalogi precipitur honoracio parentum. sustentacio non
ponitur quia non semper contingit quod indigeant
Et ille ait hec omnia observavi a iuventute mea
Ihesus autem intuens eum dilexit eum Notandum est
hic quod dicit hec observavi a iuventute mea et fecit
ut dicit beda est multum commendabilis et laudabilis
quia ut dicit ysidorus in epistola sua libro iiii. Iuvenes si
suis moribus modestiam applicant / quociens
eciam de negociorum minus ambigentes ad consilia recur
runt multum sunt laudandi. quia iuvenes ut dif
fuse tractatum super ad thymotheum habent quasi a natura

in gestu instabilitatem
in motu importunitatem
in affectu irregularitatem
intellectu iudicii varietatem

Et quia iste iuvenis
contra ista fecerat quod
habuerit temperanciam
modestiam abstinenciam

sicut credendum est / ut dicit beda in commento Non
est putandus homo iste vel dominum temptantis ut
putavere quidam dominum interrogasse / vel de sua vita
mentitus cum se legis mandata custodisse diceret /
Sed simpliciter ut vixerat fuisse confessus / quia si men
dacii aut simulacionis noxa reus teneretur nequaquam
intuitus archana cordis eum diligeret eum dicitur
quia dicitur quod Ihesus intuitus eum dilexit
eum Notandum quod dominus diligit

Iusticiam operantes
mandata adimplentes
eum diligentes
Sapienciam sectantes

Unde diligit deus iusticiam
operantes sicut rex officiarios
suos et fideles ministros
diligit / et merito. ita dominus

servos . scilicet fideles et iustos Circa quod iusticiam diligit

Et ille respondens ait: ille [illegible] omnia hec custodivi a iuventute mea

[illegible]

iuvenes

Salomon

aut

[illegible]
in [illegible] . Sic dicit Christus dominus
[illegible] est [illegible] preceptum [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible]
Diliges proximum tuum sicut teipsum [illegible]
[illegible] est in [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] dominus [illegible]
et [illegible] et [illegible]
[illegible]
lege: Diliges proximum tuum sicut teipsum
et [illegible]
[illegible]
et [illegible] est [illegible]
et [illegible] aliquid [illegible]
[illegible] est [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] est
in [illegible] Diliges proximum tuum sicut teipsum
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] diliges proximum
[illegible]
[illegible] proximum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] preceptum

que red electi de nos habi erat
plus cui [illegible] [illegible] etiam de [illegible] pol.

diligetur a deo sap. viii Et in ps. Iustus dominus et iusticias dilexit Et in alio diligit dominus iustos 2o diligit mandata adimplentes / sicut dominus diligit famulos obedientes et mandata eius custodientes ideo dicebat saluator noster Joh. xiiii Si quis habet mandata mea et custodit ea ipse est qui diligit me et diligetur a patre meo 3o diligit dominus eum diligentes Et hoc amicicia exigit / sicut dicitur viii eth. 4 / Cant. ii dicitur Ego dilecto meo et dilectus meus michi Et prov. viii Ego diligentes me diligo etc. Quarto diligit sapientes sicut pater diligit filium bene morigeratum et moribus ornatum unde dicitur sap. vii quod neminem diligit deus nisi qui cum sapientia inhabitat / Et quia iste iuuenis iusticiam diligendo mandata custodiendo deum diligendo sapientiam insectando diligibilis erat ideo bene dicit euangelista quod dominus intuitus eum dilexit eum Sed quia adhuc ut dicit beda
hic inter eos qui perfecti esse desiderant minus perfectus erat ideo dixit sibi xpus / Unum tibi deest vade quecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesauros in celo et veni et sequere me / Beda in glossa dicit sic Quicumque vult perfectus esse debet vendere que habet et non ex parte vendere sicut Ananias fecit et Saphira sed totum et Crisostomus super ubi loquitur de ista in xix dicit quod discipuli pauperibus exeuntibus et possidentibus instruentes inopiam non erubescerent quia nichil eos habere concesserat / Ex quibus verbis videtur sequi quod xpus discipulis suis nichil habere concessit nec in proprio nec in communi Et per consequens vita religiosorum qui nichil se habere dicunt nec in proprio nec in communi magis perfecta est quam religio habens proprium in communi quod probatur breuiter sicut habere dimicaris in communi diminuit de perfectione vite et religiosis ergo conclusio vera probacio antecedentis primo per auctores predictas et per hoc quod dicit xpus in textu vade etc. et Mt. xix Si vis perfectus esse vade et vende etc. Et Mt. vi Nolite soliciti esse dicentes quid manducabimus vel de crastina die / Sed habere in communi aliquid istam

dixit

Pot rem dimittere
ad pauperes relictum

2
3
x
qo

sollicitudinem includit igitur diminuit de perfectione Item
per exemplum quod narrat gregorius in iii dyalogorum de
abbate ysaac qui ea que pro comitate sui monasterii offe-
bantur accipere noluit dicens quod qui in terra posses-
siones querit monachus non est igitur ut plus
Oppositum tamen dicit prosperum de vita contemplativa quod
sine impedimento perfectionis ecclesie posse facultates que sunt
perfecto omnia possidere et habetur xii q. i. Dico hic quod perfectio
non consistit in paupertate sed in christi sequela ut dixit
christus in textu et dictum est Unde abbas moyses sicut
habetur in collacione prima dicebat quod ieiunia vigilie
nuditas meditatio scripturarum ac privacio omnium facul-
tatum non perfectio sed perfectionis instrumenta sunt
Et quia religiones diverse instituuntur et ad diversos
fines quia aliqui ordinantur ad vitam activam ut puta
religio hospitalariorum que ordinatur ad militandum
et hospitandum aliqui deo serviendum orandum et
laudandum ut puta monachorum aliqui ad contemplan-
dum et contemplata aliis tradendum libro iii ti le
ultimo sicut ii ad thimotheum ii dicitur nemo militans deo se-
cularibus negociis implicat Et zacharie xiiii Non erit
mercator in domino domini mercaciones vix sine peccato
exerceri possint Omnia ut dicitur de penitencia distinctione
v per doctrinam et predicacionem ut religiones mendicancium
Modo certum est quod prime religiones plus indigent
et diviciis et plus habent de sollicitudine Alie indi-
gent sed non tamen sufficit quod habeant victum congruum
et vestitum et minus habent de sollicitudine sollicitudo
tamen talis non repugnat perfectioni vite christiane nec
a domino sollicitudo tota mediatur sed superflua et
nociva Religiones autem mendicancium que ordinantur
ad contemplacionem scripturarum meditacionem et ad pre-
dicacionem minus indigent diviciis Sicut plane dicit
philosophus x ethicorum quod ad acciones multis opus est et
quanto maiores sunt et pluribus meliores specula-
nti vero nullo talium ad operacionem necessitatibus Sed solit-
necessitatibus indiget Et videlicet que minima sollicitudine
ingerat Et quia minima sollicitudine negligit conservare
res usui hominum necessitatibus tempore congruo procuratas

nec hoc tollit pfectom vite xpiane nec minuit Unde
xpus institutor paupertatis docuit suo exemplo hre
aliquid in cōi habebat enim xpus et apli loculos
iu comissos in quibus recondebantur eis oblata
vt hetur Joh' xiij qn dixit eme ea que opus st'
nobis etc Et tamen ipē xpus pfectom vite hūit
et tradidit Quare hre ppriū in comuni nō tollit
de pfectōne religionis aut vite xane Et quia sicut
decuit et determinauit mater nostra ecclia Romana
per decretales illas que incipiunt ad conditorē canonū
Et assere oppoitū est hereticum ideo teneamus cōclōm qꝫ
Religio que dicat non hre propriū nec in cōi nec
in speciali nullam pfectom religionis aut vite vltra
alias religiones huiusmodi reddunt in cōi nec habitum
acquirit Et ad rones dū ad pmam quia ex verbo
saluatoris hic in textu et cāt xix non hetur qꝫ illa
paupertas sit pfectio ſꝫ pfectōis instrum / et inter vota q
fiunt intrando religionem votum paupertatis est
minoris dignitatis et pfectōnis dicit plane Jōhannes
in omē qꝫ multi contempserunt diuicias ut socrates
et alij phi Ideo petrus qn dixit Ecce nos relinquimus
omīa adiunxit qꝫ pfectorum est et secuti sumus te Et
ideo dicit hic beda in glō qꝫ omnia vendere et dare
pauperibus ad pfectōnem nō sufficit nisi prius contemp
tas diuicias saluatorem sequatur .i. relictis malis
faciat bona Ad actoritas cāt vi qꝫ nichil debet
reseruare in crastinū sicut dicit Augustinus in de ope mo
nachorū Si intelligatur ad litterā piculosum est
maxime hominibus qui viuunt in oratoribus / ~~in de ope~~
~~monachorū Si intelligatur ad litterā piculosum~~
~~esset maxime hominibus qui viuunt in oratoribus~~ segregati
a consorcio homi Unde sm Jeronimum actōs saluatoris
exponitur sic sufficiat nobis pntis temporis cogitacio / fu
tura que incerta sunt dño relinquamus Crisostomus sic
exponit sufficiat labor qꝫ patimur pro necia nolite
superfluus laborare Augustinus sic Cum aliquid boni operamur
non temporalia que sumuntur per crastinū ſꝫ eterna cogite
mus Ad exm de abbe ysaac dico qꝫ nō legitur qꝫ

renuit necessaria atque sed superflua per quorum abusum
impediretur religionis profectus Et sic sufficiat de isto
De hoc quod dicitur in litera Da pauperibus et habebis the-
zauros in celo Ad maiorem litere euidenciam est
sciendum quod in scriptura inuenitur thezaurus
Amissibilis et ideo est distribuendus   Primus est
honorabilis et ideo est acquirendus   thezaurus
bonus et utilis et ideo est conseruandus   diuiciarum
mundanarum de quo dicitur ysa. ii. Repleta est terra auro
et argento et non est finis thezaurorum eius Et quod
iste thesaurus sit amissibilis et variabilis bene docet un-
de saluator Mt vi. Nolite thesaurizare vobis the-
zaurum in terra ubi erugo et tinea demolitur et ubi
fures effodiunt et furantur Et ideo est dispergendus
et pauperibus distribuendus quia absconditus frequenter
deperditur et diminuitur Et dispersus debite multiplicatur et
melioratur quia si detur pro deo et deo datur qui
eum tempore oportuno reddit et compensat Eccl. xi.
Mitte panem tuum super transeuntes aquas et multa
tempora inuenies eum Ideo apostolus primo ad Thi. vi. dicebat
diuitibus huius seculi precipe non in incerto diuiciarum sperare
sed deo Et sequitur thezaurizare sibi fundamentum bonum
in futurum ut apprehendant vitam bonam Thesaurus
honorabilis est thezaurus sapiencie et sciencie de quo
dicitur Eccl. i. In thesauris sapiencie est intellectus et sciencie reli-
giositas Et quod iste thezaurus sit acquirendus pro-
batur quia si distribuitur aliis non minuitur sed cre-
scit post mortem non deperditur sed permanet cum eo
qui eum acquisiuit eciam in patria ymo talis
thesaurus est domino placens et decorus quia vi-
uens secundum intellectum est deo amantissimus et cognatissimus
ut dicit philosophus x. ethicorum De sap. vii dicitur Infinitus
est thesaurus hominibus quo qui vsi sunt participes
facti sunt amicicie dei Thesaurus utilis sunt opera
bona sancte intenciones et obedire mandatis dei De
quo dicitur Eccl. xxix Pone thesaurum tuum in preceptis al-
tissimi et proderit tibi magis quam aurum Ideo
bene dicitur bonus et utilis quia acquirit gloriam quod melius

1 amiss. 2 hon. 3 utilis

melius in hac vita De quo dicit apostolus ii Cor iiii habemus
thesaurum istum in vasis fictilibus / Scitur quod etiam the-
saurizat in celo thesaurum securitatis et permanencie / Nam
et studium bone doctrine thesaurizat in celo thesaurum
claritatis et amicicie / Obediencia ad deum et eius timor
thesaurisat sibi in celo glorie et felicitatis ut dicebat sal-
vator Mt vi Thezaurizate vobis thezauros in celo
etc. Isti sunt thesauri de quibus dicit hic et habebis
thezauros in celo unde nominatim dixit in plurali non
in singulari etc. Qui contristatus in verbo abiit me-
rens Beda hic dicit quod tristicia ista erat que du-
cit ad mortem Causa tristicie subditur cum dicitur
Erat enim habens possessiones multas / Et circumspiciens
Ihesus discipulis suis / quam difficile qui pecunias habent
in regnum dei introibunt Beda dicit hic Claret
quod quia qui hic multiplicandis diviciis inhiant
alterius vite gaudia querere contempnunt / Sed inter divicias pe-
cunias amare / habere et pecunias custodire / multa dis-
tancia est / multi enim habentes non amant / multi
non habentes amant / Item et alii amant et habent /
alii nec habere nec amare se divicias seculi gaudent
quorum tucior status est / Nam Salomon non ait
enim sed divicias, sed qui amat divicias fructum non
capiet ex eis / Et scribitur Eccles v / Sed mirum ut michi
videtur hic potest queri cum Philo in suo commento monet
istud / cur divicie temporales sic vituperantur in multis
locis scripture prohibent habere aut conservare / sicut dictum
est hic qui amat divicias etc. / Et in psalmo Divicie
si affluant nolite etc. Et hic in textu Cum tamen
philosophus in Rethorica c xxxiiii dicit quod divicie sunt
precium quoddam dignitatis aliorum Et Eustachius
in i Ethicorum c xviii dicit quod divicie sunt prosperitatis bo-
norum et eligibiles / Et x Ethicorum c x dicit quod felicitas
speculativa opus erit exteriori prosperitate / et ibidem
dicit quod non contingit sine bonis exterioribus beatum
esse / Ideo non erat mirum si discipuli obstupescebant
in verbis eius ut dicitur in textu / Primo hic sicut dicit Beda

Unde dicit philosophus ... [illegible] ... difficiles ... [illegible] ... Et circumspiciens Ihesus

quia aliud est habere diuitias et possessiones sicut iste habebat et aliud est eas nimis amare et nimis custodire sicut iste faciebat Et ideo bene dicit philosophus primo Rethorice c. xii esse diuitiarum magis est in vsu quam in possidere / opus enim et vsus talium rerum que possidemus est ipse diuitie Quia sicut scribitur ecclesiastici v est homo cui deus dedit diuitias et non dedit potestatem vt vtatur eis Et ideo bene dicit philosophus primo Rethorice c. xii Eius .i. diffinitio vere possessionis est ita possidere vt in ipso possidente sit vsus earum / Sic quod in sua potestate sit eas alienare aut non / et ideo qui sic scit habere et possidere eas simpliciter melius est habere eas quam non habere quia ut dicit philosophus iiii ethicorum c. ix sine virtute non est facile moderate ferre bonas fortunas / Sed multi abutuntur diuitiis et incurrunt multa peccata propter diuitias suas ut superbiam auariciam concupiscenciam castrimargiam luxuriam et multa alia / Et ideo status mediocris tucior et quantum melior Dicit plane de philosophus x ethicorum x c. idiote .i. mediocres ut exponit auerrois non minus viris potentibus studiosa agere faciunt et magis Quapropter solon existimauit moderate extra ditatos / agentes enim optima existimauit et viuentes temperate / Nam si in veritatem qui in diuiciis ponunt amorem suum et intencionem suam eas nimium conseruando et cumulando diuitie fatuum in vestra maxima quia

Captiuant turpiter
Sollicitant crudeliter
Vulnerant atrociter
De paupertate veraciter

De primo dicit Boecius de consolatione ii prosa iiii O preclara opum mortalium beatitudo qua cum adeptus fueris securus esse desistis yronice loquitur Et Seneca epistola xiiii dicit possem tibi ondere multa que accepta a nobis libertatem extorquent / non essemus si ista nostra non essent.

De ii dicit plautus in aulularia / pecunia omnium sollicitudinum causa est et caput / Et seneca vbi supra Nemo sollicito bono fruitur / ~~quod dum ex diuitiis studet et de~~ incremento cogitat oblitus est vsus / ~~romen~~ carpit / foris coteruit / sic ex domino fit procurator De iii

Ma dt. Cris.
Diuicias stulti et luxuria ... interemptis ...
furor ... Auaricia ...
Superbia ... quod ...
tenebrosus ...

Qui adere aliquid vult ... dum ... aliquid cogitat oblitus est ...

Dicit arator li° p° actu: cesset amor qui pecora semp adurit quo captiuus inortale genus quo pullulat omne de radice malum cuius violencius ardet ambito mente stimulat etc. De m° dicit Agellius li° x. noctium atticarum obstinato .i. excluso usu rerum bene sapientes dixerunt multis egere qui multa possident magnam quam indigenciam nasci ex magna copia Et propter ista dicebat salvator Filioli quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei introire Beda dicit hic et bene quod non dicit quod non ait impossibile sed quam difficile. Quod impossibile est fieri omnino non potest. Quod difficile est cum labore potest. Potest etiam sed sed cum maximo labore iuvante dei gratia ut pecunias habentes vel in pecuniis confidentes filargirie .i. avaricie retinacula ianuam intrent regni celestis. Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare regnum dei. Camelus enim est animal magnum corpore et gibbosum. Vel camelus est dicitur funis grossus quo trahuntur magne naves. Et ita exponit Thom. quod sic est intelligendum quod sic est impossibile camelum per foramen acus transire ita ex ordinatione dei et de po ordinata impossibile est quod cupidi superbi avari cum gibbositate .i. cum suis viciis regnum dei sint intraturi. Sed impossibile est deo sic ut a sua cupiditate avaricia aut superbia ad caritatem et humilitatem convertantur. Sed hic Beda movet questionem quia multi divites et in novo et in veteri testamento intraverunt in regnum dei. In novo Matheus Zacheus Joseph ab Aromathia. In veteri quamplures reges et alii divites fuerunt, et tamen regnum dei vere tenemus adepti sunt. Sed rendet ipse quia isti domino inspirante didicerunt quasi pro nichilo divicias habere. Unde subdit Aug. David in regni divitiis constitutus qui de semetipso canit inops et pauper sum ego. Etiam alios hortatur in ps. D. Divitie si affluant nolite cor apponere. Credo dic Beda quod non sunt augustus dicere nolite superapponere quia s. licitum est habere sed nolite cor apponere quia facilis contempnitur facultas quam non possidetur.

Dispensatio ... obstinato ... [illegible]

putis

[illegible] Camelus ... divitum ... possessionum ... [illegible]

Nota glossa ... non dicit nolite habere sed cor apponere ... [illegible]

Facilius est camelum ... Ioseph ab Arimathia ... [illegible]

+ Aug. ... diuites intelligere ... pauperes humiles ... habent ... habent aliquid et cupiunt et inflant ... diuites ... gratia diuites et pauperes ... in dirichi ... in domo ... sed in animo.

xiiii

~~Quod~~ magis admirabantur dicentes ad semetipsos Et quis poterit saluus fieri. Ravenna petit hic quod i. ad quid pertinet ista questio quia maior est turba pauperum quam diuitum igitur diuitibus perditis multi pauperes erunt saluati Sed ipsemet respondet dicens quia intellexerunt cunctos qui diuicias amant etiam si eas adipisci nequeunt in diuitum numero deputari Et intuens ~~eos~~ ihesus ait Apud homines impossibile est sed ~~non~~ apud deum Omnia enim possibilia sunt apud deum Istud exponit Ravenna ut prius quod de potestate dei cor animata diuicias cum suis cupiditatibus et vicijs intrare regnum dei est impossibile Tamen quotidie videmus fieri a cupiditatibus terrenorum ad ~~cupiditatem~~ caritatem ethereorum et a pernitiosa superbia ut ad humilitatem saluberrimam conuertantur Crisostomus dicit quod in hoc ostenditur quod non parua merces custoditur diuitibus volentibus christi philosophiam sequi Theophilus dicit hic quod apud homines est impossibile sed non apud deum audiuimus hoc fieri possibile cum vero humana sapientia sit impossibile

Et tunc ipse de hoc quod dicitur Omnia possibilia sunt apud deum ergo deus facere peccatum immo deus posset contradictoria simul esse vera ut illud quod factum est non sit factum Sed breuiter ipse respondet et bene ad primum quod peccatum nichil est Et dicitur Johannis 1° et sine ipso factum est nichil i. peccatum Arguitur quia peccatum non virtutis sed infirmitatis est Et ideo peccatum sicut infirmitas impossibile est apud deum Secundum ipse negat quia hoc solo priuatur deus ut genita non possit facere ingenita ut dicitur 6 ethicorum Unde concludit sic Deus enim est summa veritas ~~aut~~ facere quod factum est ut non sit factum falsum est qualiter ergo veritas faciet quod falsum est prius ergo destruet propriam naturam ut dicitur nunquam enim potest deus non esse deus hoc enim ridiculum est ista questio Et ego habeo questionem suam determinacione et sufficit michi

Et cepit petrus ei dicere etc. Ista particula est quarta confirmatio predictis precedit Quia ut dicit glosa Juuenis audiens preceptum de rerum dimissione tristis abscesserat discipuli autem preceptum considerant impleuerant quia totum quod habebant ipsi dimiserant Ideo petrus pro se et pro alijs de premio querunt Et cepit dicere Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.

Post / Petrus ei // dimisimus

15

qui dicet quid nobis dabis premium Beda hic et Ioannes
in omelia per eadem verba dicunt / Grandis fiducia petrus
piscator erat dives non fuerat. cibos manu et arte
querebat Et tamen loquitur confidenter Dimisimus
omnia / et quia non sufficit tantum dimittere nisi quod perfectum est
factum et secuti sumus te. fecimus quod iussisti. quid ergo
nobis dabis premium Et quia ut dicit hic Thomas multi
relinquentes divicias dominum non secuntur. Hic autem dominum
qui imitator eius est et per vestigia eius graditur illa
Qui igitur vult eum sequi debet sicut ambulavit et
iste ambulare Respondens ihesus ait. Amen dico vobis
Nemo est qui relinquerit domum aut fratres aut sorores
aut patrem aut matrem aut filios aut agros propter me et propter
et ewangelium qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc
domos ~~aut~~ fratres ~~aut~~ sorores et matres et filios et
agros cum persecucionibus / et in seculo futuro vitam eternam
Notandum est hic primo secundum Ierdam. quod ex ista sentencia fu
erunt aliqui heretici et vocati ciliaste qui iudaicam fa
bulam finxerunt quod post ~~resurrectionem~~ iustorum erunt mille Resurreccionem
anni ~~et quibus~~ que nos dimisimus istius temporibus pro quod omnia
deo multiplicata sunt nobis fenore reddenda insuper
et vita eterna donanda Contra quos Ierdam arguit. quod
ipsi hoc quod dicebat xpistus pure ad literam accipie
bant Unde dicit quod et si in ceteris digna sit repromis ceteris
sio in uxoribus tamen iuxta alios ewangelistas qui dicunt Luce 22
si quis dimiserit uxorem etc. ~~centuplum~~ appareat turpitudo In resurreccione
promissum ~~tamen~~ dominum declarante non esse texto Et sic neque nubent neque nubentur
ridiculum erat credere quod homo haberet centum uxores
Unde et illi heretici persecuciones ab ecclesia omnimodis confir
mant et sic patet error illorum / Quapropter Beda sic qui
propter ewangelium xpisti carnalia relinquit hoc tempore i. hic
spiritualia bona recipiet que comparacione et merito sui ita
erunt quasi pro numero centenarius numerus comparetur Crisostomus
exponit sic Est ergo tantum nunc centies secundum
possessionem hoc enim adimpleverit dominus contra non sed
alio quodam modo Thomas sic dicit quod hoc tempore i. tempore suo
apostoli istam retribucionem habuerunt / Quia apostolis multe
mulieres erant sollicite de eorum cibo et vestimentis et
ministrabant eis Similiter et plures matres apostoli habuerunt scilicet
eos qui ipsos diligebant Sed et petrus vincula relinquens domum

postmodum omnium discipulorum domos habuit Et maius
est quia cum persecutoribus hec aut possidebant sancti
lis persecutorum sunt passi et angustiati Et Beda hic
concludit quia omnes credentes in xpo per apostolos
faciebant eis omnia creando quia patres fratres et sorores
iuxta illud quod dicitur in actibus apostolorum credentium
erat cor unum et anima una et erant illis omnia quia
nec aliquis egenus erat inter illos qui sua pro deo
relinquerat Multi autem erunt primi novissimi et novis
simi primi Ista clausula multipliciter verificatur ex scrip
tura sacra primo de iudeis quibus data fuit lex
et multa beneficia a deo concessa tamquam populo
pre electo gentiles sunt vocati iuxta illud psalmi Ethi
opia preveniet manus eius deo Et deut xxviii ad
vena ascendet super te erit que sublimior tu autem
descendes et eris inferior ipse erit in caput tu autem
in caudam Potest etiam verificari quantum ad perm
nentiam dignitatis sicut de david legimus quod fuit minor
omnibus fratribus quia minor et post fuit rex eorum
ad hoc facit quod scribitur eccl iiii de carcere catenis
quod quis interdum egredietur ad regnum Et alius natus
in regem inopia consumatur Etiam tarde venientes
ad fidem ita aliquando fine operantur quod precedunt mitius
illos qui venerunt in iuventute Et ad hoc facit illud
mt xx Erunt primi novissimi etc Et loquitur dominus
operantibus in vinea quorum aliqui venerunt in mane
alii undecima hora Beda hic in quarto suo hic minus
grosse et pulcre exponit istud Erunt primi novissimi
etc sic dicens Vide iudam de apostolo in apostatam versum
Vide latronem in cruce factum confessorem eodem quod die
quo passus est mortuus peccatis gratia fidei cum xpo
in paradiso gaudentem et dicito quia novissimi primi
etc Sed et quotidie videmus multos in laico habitu
constitutos magis vite meritis excellere Et alios a prima
etate spirituali studio ferventes ad extremum ocio
torpentes lacescere atque inerti que spiritu ceperunt
carnaliter consumare Omne ergo quod novissimi erunt
primi facit exemplum de paulo qui persecutor primo fuit
Et novissime venit ad fidem sicut ipse dicit tamquam

[Margin note: [illegible]]

[Margin note: z dig[nitatis]]

abortiuo nouissime visus est et michi .i. cor. xv. Cum
cum sit doctor gentium. et ille qui plus omnibus
laborauit et plus meruit Et ideo dicit luc. xiii. Veni
ent ab oriente et occidente et ab aquilone et austro
et recumbent in regno dei Ecce nouissimi primi et primi
qui erant nouissimi.

Erant autem in via etc. Hic quarto instituit xpus
instruit discipulos de tollerancia aduersitatis
Et primo ponitur eorum instructio Et 2o reprimitur
eorum ambitio ibi Et accedunt etc. In prima parte dicit quod
xpus et discipuli erant in via ascendentes in Jeroso
limam .i. in via que ducebat ad Jerusalem Et precedebat eos
ihesus Et hoc ad ostendendum quod prompte et voluntarie ibat
in Jerusalem quo ipse passurus erat sicut iam ipse predixerat
discipulis Et eadem verba ipse replicat hic ut statim dicetur
Et ideo ipsi discipuli stupebant et timebant quia nondum
erant perfecti usque ad tolleranciam martirii quod patuit
per effectum quia eo capto omnes fugerunt ymo
petrus qui ceteris feruentior erat post ea timore mortis
ipsum negauit Et ideo ut dicit Beda hic erant metuentes
ut ne vel ipsi cum eo occiderentur vel saltem ille cuius
vita et magisterio gaudebant inimicorum manibus occideretur
Ex quibus dictis sequitur ut dicit quidam antiquus postil
lator quod timor quem habebant de se erat timor mundanus
et seruilis quia timebant penam ne occiderentur Et cum
hoc habebant timorem filialem quod timebant ne dominus
et pater spiritualis eorum aliquid sibi tristabile incurreret
Sed videtur quod isti duo timores non possunt dici fuisse
in eis pro tunc nec aliquis istorum. Unde sciendum quod ma
lum generaliter acceptum est obiectum timoris generaliter accepti
Sunt enim 4or timores naturalis mundanus seruilis et filialis
Filialis timor est respectu mali culpe et causatur ex amore
sicut filius timet facere malum ne offendat patrem et sicut
vxor amore mariti caste viuit et munde Et iste timor
vocatur castus et permanet in patria Timor seruilis re
spicit malum pene sicut seruus dimittit malum facere
ne puniatur a domino suo Et mulier ne a viro verberetur
Et iste timor non stat cum caritate sed timor sanctus
fugat istum timorem Et ideo dicit philosophus in Rethorica
x. quod nullus qui timet amat Et in dicit sen. ad luc.

li° vi° c° iii q non potest amor cum timore misceri Ti
mor mundanus dicitur qn aliquis innititur in mundo tanquam
fini Et quia quilibet timet amittere quod amat ut dicit
Aug. lxxxiii q. ideo qn timet aliquid mundanum
amittere turbatur et ideo timor iste dicitur malus Alius
est timor naturalis qui est unus de iiii°r passionibus
principalibus quas nominat boe° in fine primi de consolatione
Et sicut dicit philosophus ii Rethor°ce xii Timor iste est tristicia
quedam vel turbatio ex fantasia futuri mali aut corruptivi
aut contristativi Et iste timor neque bonus moralis neque ma
a domino factum . sed illud primum commemoratum a Johanne
hoc ultimum a ceteris tribus Et propter dictum Augustini
dicit Thomas quod istud cedit in maiorem redargucionem
iudeorum . quod deus hoc totiens fecit et ipsi non emendarunt se

correxerunt. Sed quid signat hoc moraliter pertranseundo vi
deamus. Beda dicat sic. Si dominus ea que in templo vo
lebat offerri nolebat in templo vendi. quanto putas ama
versione puniret si invenisset ibi aliquos risui vel vani
vel vaniloquio vacantes. aut tali cuilibet vicio mancipatos.
Per vendentes oves et boves et per nummularios signi
ficantur clerici negociatores. qui in decretalibus prohibentur
et etiam religiosi ne secularibus se intromittant ut habetur
extra. libro iii. titulo ultimo. sicut ii. thi. ii. dicitur. Nemo mili
tans deo secularibus negocijs implicat. Et Zach. xiiii.
Non erit mercator in domo domini. quia mercaciones vix
sine peccato exerceri possunt. quia ut dicitur de pena dis.
v. Difficile est inter ementes et vendentes peccatum non
intervenire. et ideo prohibetur clericis et religiosis maxime
in sacris ordinibus constitutis. Per vendentes columbas
in templo signantur symoniaci qui emunt sacra
aut beneficia ecclesiastica. Et ut dicit Beda hic quia spiritus
sanctus in christi baptismate in columbe specie apparuit
per columbam spiritus sanctus designatur. Unde dicit
Beda. Qui autem sunt qui in templo dei hodie colum
bas vendunt. nisi qui in ecclesia precium de imposicione
manuum accipiunt. per quam videlicet imposicionem spiritus
sanctus celitus datur. Sed redemptor noster cathedras
vendencium evertit. quia talium negociatorum sacerdocium
destruit. Hinc est quod sacri Canones symoniacam he
resim dampnant. et eos sacerdocio privari precipiunt
qui de largiendis ordinibus precium querunt. Et ita
precipitur. i. q. i. Si quis episcopus. Sed contra dictum
Bede possit argui. quia quedam sunt spiritualia que
semel adepta amitti non possunt. sicut omnes cara
cteres qui per aliquam consecracionem imprimuntur in sacer
docio et alijs sacramentis etiam si symoniace acqui
rantur. Unde ille qui symoniace accipit sacrum ordi
nem recipit caracterem ordinis propter efficaciam sacra
menti non tamen recipit graciam in ordinis assecucione. Ergo
quia furtive accipit caracterem contra preceptum domini nostri
qui ait. Math. x. Gratis accepistis gratis date etc. Et ideo est
ipso iure suspensus. Et quo ad se scilicet de execucione
ordinis ut se non intromittat. et quo ad alios ut

nullus ei participet in ordinis execucione siue sit peccatum
eius occultum nec potest repetere pecuniam quod turpiter
dedit Si vero sit symoniacus quia contulit ordinem symoniace
sicut dicit Beda siue etiam fuit mediator symoniace
est ipso iure suspensus propter causam predictam et quo
ad se et quo ad alios Si vero peccatum sit occultum
suspensus est quo ad se et non quo ad alios sic patet
quod Beda bene dicebat et hoc etiam decreto confirmatur
Et non sinebat quisquam deferret vas per templum Beda
exponit quod de vasis dicit illis que gracia mercandi infe
rebant / absit enim ut vasa deo dedicata dicerentur de tem
plo Sed potius immunda et prophana Et docebat eos dicens
Nonne scriptum est Domus mea domus oracionis
vocabitur omnibus gentibus Et istud scribitur planius ysa. lvi
Nam in domo dei sicut dicit Beda fuit decens res
diuinas agi hostias et oraciones deo offerri verbum
dei legi audiri et decantari ~~preceptum erat~~ / Ecclesia
ecclesia que dicitur domus dei est edificata et dedi
cata domus oracionis ut remaneamus ad finem ut oraciones
nostre ibi fiende a deo misericorditer audiantur intenciones
nostre gratiosius ante deum presentantur temptaciones
a nobis a deo graciosius expellantur contemplaciones
nostre ad deum deuocius subleuentur Omnes cause
iste omnes possunt inueniri iii reg. viii° c° in oracione
salomonis qui edificauerat domum domini quia vocat
domum oracionis ut bene patet consideranti textum huius
capituli Et quia ecclesia dei que est domus dei debet
esse munda sancta pura et pulcra Dicebat propheta magnus
Domum tuam domine decet sanctitudo Et quia ut dicit
Beda moraliter loquendo nos sumus templum et domus
dei iuxta illud apostoli i. cor. iii° Templum dei sanctum est
quod estis vos Ideo debemus templum et domum dei
custodire et mundare ut in ea sit sanctitudo in lo
ngitudine dierum Et non faciamus de consciencia nostra
speluncam latronum sicut ipse sacerdotibus iudeorum
dicebat hic vos autem fecistis eam speluncam
latronum Beda et Thomas literaliter exponunt de sacerdotibus

indecentum dicentes quod templum domini in [illegible] dicebatur spelunca latronum quia ad hoc sacerdotes illi in templo residebant ut peccato non dante munera compulsi persequerentur vel dantes spiritualia negotiarentur scilicet per symoniam aliquid male vendendo quia alia ut dicit Thomas que oblata sacrificio erant custodiebant et non sacrificabant pro peccato offerentis ymo aliis eadem vendebant et sic erant latrones et spirituales. Et ad istud propheta loquebatur Jeremias vii c. Nunquid facta est domus ista spelunca latronum in qua invocatum est nomen meum Ego vidi dicit dominus. Et Micheas propheta de hoc clamabat iii c. Si quis non dederit in ore eorum quippiam sanctificant super eum prelium. Et Jeronimus hic dicit latro est et templum dei in latronum convertit speluncam qui lucrum de religione sectatur. cultus quod non tam cultus dei quam negotiationis causa est. Verum postea Beda moraliter exponit de conscientia hominis dicens quod templum et domus dei est conscientia hominis que si quis in lesione proximi pravas cogitationes profert quasi in spelunca latrones resident et simpliciter gradientes insiliunt. Secundum mentem hominis non iam domus orationis sed spelunca latronum est qui relicta innocentia et simplicitate sanctitatis illud conatur agere unde valeat proximis nocere. Ad maiorem huius evidentiam et confirmationem dictorum sciendum quod in scriptura latrones dicuntur Symonie emptores et venditores. Maliciose detractores. Per iniquose predatores. Demones insidiatores. Symoniaci latrones dicuntur quia vendunt quod suum non est quia sacramenta dei sunt et ipsi non sunt nisi dispensatores et ipsi furtive rem domini sui vendunt. Etiam emptores dicuntur latrones quia admodum latronum in domum dei non intrant per ostium in ovile ovium sed ascendunt aliunde. Et ita loquitur Johannes x c. Amen dico vobis qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Secundo dicuntur detractores latrones quod

[illegible]

1 Symoniaci

2 Detractores

latenter et malicose bonam famam et bonum alterius furantur est et periculum magnum habitare et esse cum talibus sicut dicebat apostolus ii cor xi periculis
latronum periculis in falsis fratribus detractores vere sunt
falsi fratres Tercio latrones pernitiosi dicuntur latrones
quia admodum latronum parant insidias perpetrant
malicias observant excubias sicut de meretrice per-
niciosa dicitur prov xxiii Insidiatur in via quasi
latro et quos incautos viderit interficit mora[liter] s[cilicet]
Demones merito dicuntur latrones quia semper vigi
lant ad spoliandum gratuitis ad mactandum ex dimittis
ad denudandum vestitos bonis meritis quod signatur
plane in figura luc x ubi dicitur quod homo descen
debat a ierusalem in iericho et incidit in latrones qui
expoliaverunt eum glosa quantum ad gratuita et plagis
impositis etc quantum scilicet ad naturalia Et expone moraliter
si placet Quo audito principes sacerdotum et scribe
querebant quod eum perderent quia loquebatur contra eos
et de facto ordinavit avaricia eorum Timebant enim
eum quia universa turba admirabatur super doctrina
eius Textus est clarus solum ut in michi videtur
est considerandum quod aliqui admirantur super doctrina
alicuius quandoque racione dignitatis

Venustatis
Veritatis
Sanctitatis

Primum sicut quando aliquis docet res
optimas et altas videlicet de deo
et de regno dei sine doctrina
est de altissimis Et ideo philosophi videntes mirabilia
que fiunt in motu celi admirabantur Et propter istud
admirari ipsi ceperunt philozophari Ut dicitur primo
methaphisice Et de zenocrate philosopho dicit Tullius de ii
deorum c xi quod doctrina eius erat tante dignitatis
quod dii possent eum audire .i. Abeunt Secundo ad
miratur doctrina alicuius racione venustatis quando scilicet
pulcre et ordinate loquitur sicut de demostene dicit
agellius libro noctium atticarum xiii quod tante eloquencie
fuit quod omnes confluebant ad eum propter quod
cratonis dimisit athenas et ivit legere apud etiam

Petitores

Demones

dignitas

Venustatis

3 verit

Et cum causa ab eo quereretur a quodam discipulo suo dixit O si audisses illam bestiam pulcre loquentem magis admiraremini. Tercio admirantur aliqui super doctrina alicuius racione veritatis unde sicut de Pitagora narratur quod tante veritatis erat eius doctrina quod discipuli eius per quinquennium audiebant sub silencio doctrinam eius antequam in scolis loquerentur ut dicitur in policraton li° vii c. iiii°. Et propter istas tres condiciones bene dicitur Ecc. xliii. Audientes auribus nostris admirabimur. Quarto admiratur aliquis super doctrina eius racione sanctitatis sicut Act. iiii dicitur quod turbe admirabantur super doctrina apostolorum que erat ad salutem et sanctitatem fidei. Modo ad propositum doctrina Christi habebat istas quatuor condiciones. Habebat dignitatem quia ipse de dignissimis docebat eos ut dicitur Luc. xii. Docebat eos de regno dei quod est magne dignitatis. Secundo habebat doctrina Christi venustatem quia graciosa ad audiendum unde dicebat turba Ioh. vii. Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur. Tercio habebat veritatem unde dicebant Mt. xxii. Magister scimus quia verax es et viam dei in veritate doces. Quarto habebat sanctitatem sicut ipse dicebat Ioh. vi. Verba que ego loquor spiritus et vita sunt. Nimirum igitur si turba admirabatur in doctrina eius sicut idem dicitur Mt. vii populi admirabantur super doctrina eius quia bene predictum fuerat de eo Ecc. xxvii. Sermones tuos admirabuntur.

R (Scientie)

Cum vespere esset egrediebatur de civitate. Hic ut dictum fuit supra ponitur discipulorum instructio eo quod Petrus fecit mencionem de arefactione ficus ad maledictionem Christi et ideo premonstravit eos de efficacia fidei. Secundo de efficacia oracionis ibi propterea dico vobis etc. Et cum mane transissent quia in Bethania dormierat in nocte et mane tunc rediebat in urbem ad predicandum. Et cum transirent viderunt ficum aridam factam a radicibus. Beda exponit quod non tantum ramus aut

Beda

stipes infructuose fici. sed ipsa etiam radix arescendo
sententiam etiam in se divine reprobacionis ostendit
Quia sancti patres et doctores multiplice et diversimode
istud exponunt. Ideo breviter de hoc videamus. Ieronimus
exponit tropice unde dicit quod ficus arida significat
synagogam que incepit putrescere a radicibus scilicet
a chaym et ceteris de quibus dicit dominus quod ab eis requiretur
sanguis sanctorum qui effusus est a sanguine abel
iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie qui
effusus est inter templum et altare. Beda exponit
de synagoga que primo ante christi passionem et fidei
predicacionem erat sterilis fructu que folia legis
tantum habebat et fructum in bonis operibus minime facie
bat. sed post christi ascensionem cum apostolos a finibus iudee
expulerunt Tunc vere a radicibus aruit quia ex
tunc non erat qui amplius fructum faceret salutis
Quod bene patet ut diffuse tractat Beda. quia temporaliter
tota iudeorum progenies est maledicta in terris
quia in omni vento dispersa sine spe redeundi ad
patriam suam sicut alias eis contingerat in reditu
a captivitate babilonis. Et non solum est temporaliter
maledicta et arefacta est sed ut concludit Beda
sic sed eterna dampnacione ferienda arefacta est
radicatus ut intimaretur nephanda plebs non solum
humana gracia forinsecus verum etiam divino intus
favore funditus esse destituenda. Quia theologus
exponit moraliter ideo de hoc ad nostram erudicionem
videamus Nam sunt aliqui qui dicuntur aridi
in fructu sicut sunt peccatores existentes in mortali
quia in illo statu numquam fructum bonum ad minus
facere possunt et quasi maledicti a deo relinquuntur
sicut dicit ecclesiastici vi non te extollas in cogitacione ani
me tue ne forte elidatur virtus tua per stulticiam
et folia tua comedat et fructus tuos perdat et
relinquaris velut lignum aridum. Quia in epistola
iude peccatores vocantur arbores infructuose non
tamen radicitus dicuntur aride. quia si redeunt

Ieronimus

Beda

Theophilus

ad cognicoem sui et penitent deus mittit graciam
suam et reuocat eos ut faciant fructum et ad hu
morem gratie sicut Job xiiij dicitur rursus ad
odorem aque germinabit et faciat fructum etc Sz
obstinati in pctis suis qui amplius remorsum
non hnt isti sunt radicitus aridi nec est spes q
faciant fructum De tali pctore dicitur Eze xvij Sic
cabit omnes palmites eius et arescet et euellet
enim radicitus Quidam tamen alius doctor expo
nit de prelatis ecclie et doctoribus a quibus debz
procedere velut a radicibus
vigor sancte instructionis
humor sancte conuersacionis
decor et fructus sce operacionis
Ut puenmat usqz ad
Ramos .i. ad subdi
ditos suos ut totum
corpus eccie possit viuificare fructificare etiam
psiari sicut docet aplus Col ij sicut accepistis xpm
ihm in ipo ambulate radicati et superedificati in
ipo Quia ut dicit aplus ad Ro xj Si delibacio
sancta et massa / et si radix sancta et rami / Sz
ergo etiam quia si sunt
torpidi per negligenciam
Aridi per maliciam
Morbidi per auariciam
Nonne rami siccantur
et non possunt dare
fructum Unde apostolus
post quam ad hebreos docuit quales debent esse plan
multum pulare concludit propter quod remissas
manus et genua soluta erigite et gressus rectos
facite / sequitur ne qua radix amaritudinis sursum
germinans impediat et per illam inquinentur multi
etc Quia dubium est ne modo visitetur illud osee
ix percussus est effraym radix eius desiccata e
amplius non faciet fructum Et hoc sufficiat ad
pns de isto et ex causa Et recordatus petrus dixit
ei Rabi Ecce ficus quam maledixisti aruit Et res
pondens ihus ait illis habete fidem dei Amen
dico vobis quia quicumqz dixerit huic monti tolle
et mitte in mare et non hesitauerit in corde suo
si crediderit fiet ei Crisostomus dicit hic quod in hoc discipuli

.12.

No quia radix amaritudinis sursum germinans impedit et per illam inquinantur multi

admirati sunt de siccacione ficus · signat quod non erat
perfecte fidei Non enim istud magnum deo Sed quia non
noverat eius virtutem ideo admirabantur / De hoc
autem quod xpistus dicit habetis fidem dei est notandum quod
sicut alias dixi duplex est fides Informis et formata
Scilicet informis que stat cum caritate possit fieri formata
et virtus theologica De informis quam aliquis credit et
caritatem non Sed Et ideo non dicitur fides formata dei
quia et demones credunt et contremiscunt ut dicitur
Jac. ii. Etiam fidem informem habent peccatores Et ideo de
ista non loquitur salvator hic Sed magis de formata
que est informata / quia caritas est forma fidei Et
ista in homine sancto qui non hesitavit multam
habet virtutem Unde Jacobus primo postulet autem in fide nichil
hesitans / quia per istam fidem sancti fecerunt mira
bilia / sicut patet ad hebreos xi quia ut ibi dicitur sancti
per fidem vicerunt regna / Sequitur Et postea obtu
raverunt ora leonum etc. Ibi apostolus narrat quomodo
sancti per fidem multum mirabilia fecerunt Quantum
ad hoc quod xpistus dicit quicumque dixerit huic monti
etc. Dicit beda hic quod gentiles qui canes etiam semper
fecerunt maledicta imperare montibus Quia non habu
erunt plenam fidem dei quia numquam montes transfer
re potuerunt Et Sciendum quod non omnia que facta a sanctis
mirabilia scripta sunt · sicut nec omnia que fecit
xpistus Quia credendum est istud fieri potuisse a
sanctis ut mons ablatus de terra mitteretur Si ne
cessitas id fieri postulasset / quomodo legimus factum per
beatum Gregorium neocesarie ponti episcopum meritis et vir
tutibus eximium Quia cum vellet edificare ecclesiam
in loco apto · sed spacium erat nimis angustum · quia
ex una parte erat unus mons magnus Ex alia parte
erat mare ipse de nocte venit ad locum et genibus
flexis amonuit amonuit dominum promissionis ut montem
longius iuxta fidem petentis ageret Et mane facto
revertens invenit montem tantum spacium reliquisse stru
ctoribus ecclesie · quantum opus fuerant Si autem

q°

quereretur a nobis quare modo etiam sancti viri mira-
cula non faciunt qui fidem xpi habent et firmiter in deo
credunt. Respondeo sicut respondet beatus gregorius in omelia xxix.
d. sunt multi in ecclesia dei qui vitam virtutum tenent
et tamen virtutum signa non faciunt. si fidei miracula non habent
sed quia frustra miraculum foris ostenditur si deest
quod intus operetur. possit dici quia in conversione infi-
delium necesse erat miracula a sanctis fieri ut per ea que fo-
ris videbantur signa intus fierent fidei incrementa et ideo
hiis qui habent iam fidem miracula frustra fierent
quia intus nichil operarentur. Et propter hoc dicebat apostolus primo cor.
xiiii. quod signa data sunt infidelibus non fidelibus
Unde ego credo quod si aliqui sancti homines et plenius fi-
de sarracenis predicarent quod miracula facere possent. Se-
cundum postea beda mistice exponens dicit quod mons qui
per fidem sanctorum in mare mittitur dyabolus intelligitur qui
qui ab hominibus fidem xpi a caritate a fidelium cordi-
bus expellitur iuxta illud apocalipsis viii. Secundus angelus
tuba cecinit et ecce tamquam mons magnus igne
ardens missus est in mare. Propterea dico vobis
omnia quecumque petentes orantes credite quia accipietis et
fiet vobis. Intelligendum est secundum premissa videlicet quod
ille qui petit habeat fidem caritate informatam
que talis fides est fides per dilectionem operans. quia de
talibus dicit salvator Luce xi. Omnis qui petit
accipit et qui querit invenit etc. Sed de hoc quod
dicit quecumque petieritis etc. quia certum est quod ora-
re ea que sunt contra salutem nostram frustra fit
sicut patet de paulo qui oravit ut auferretur ab
eo stimulus carnis et non fuit exauditus quia
erat contra se. Et quia ut dicit apostolus ad Ro.
viii. quid oremus ut sicut oportet oremus nescimus et ideo pos-
set hic dubitari utrum orando debeamus aliquid

q°.

determinate petere aut indeterminate / et videtur quod sic
per auctoritatem apostoli supra modo positam / quia sicut
dicit damascenus petitio debet esse decentium a deo
quia non sit decens non exaudimur / et ideo sepe
Jac. iiii. petitis et non accipitis eo quod male petatis

credite

igitur videtur quod securius est in extimatione petere. Item
deus invitat nos ad bona, sed nullus debet petere nec
mala debemus petere nec deus ad hoc non invitat nec
facit. Capitulum luce xi. Cristus in oratione dominica multas
petitiones ponit particulares quas iubet discipulis
suis petere et orare. Hic dico quod sicut narrat valerius
maximus de socrate libro primo. Socrates nichil ultra
petendum a diis dicebat nisi quod ut bona tribuerent
tunc dii scirent quid unicuique est utile / nos plerumque
votis expetimus que non quemque prosunt ut sunt
divicie honores regna et splendida coniugia que multe
nocuerunt. Que quidem sint aliqualiter vera est quantum
ad illa que possunt malum evenire habere quibus
etiam homo potest bene et male uti / ut sunt divicie
propter quas multi perierunt ut dicit philosophus in primo ethicorum
honores qui cum plures pessum dederunt splendida
coniugia nonnumquam funditus domos everterunt. Sed
autem aliqua bona quibus non contingit male uti
nec eveniendum malum habere possunt hec igitur sunt per
que salvari et beatificari possumus que quidem sancti
absolute petunt ut est illud ostende nobis faciem
tuam et salvi erimus. Et ista tenemur petere orare a deo
nec rationes cogunt ad oppositum. Ad rationem quasi homo
ipse scire non possit quid orare debeat. spiritus tamen
ut dicit apostolus ad romanos viii adiuvat infirmitatem nostram
quo inspirante recta desideria nos habere facit ut sic
dicatur Johannis iiii. Adorabimus patrem in spiritu et veritate.
Ad secundum dico quod sic ad bona nos invitat deus non in
gressu corporis sed piis desideriis et devotis orationibus
ad eum accedimus. Secundum ad maiorem evidentiam
dictorum est sciendum quod sicut dicit Augustinus ad proba.
licet orare quod licet desiderare modo temporalia bene licet
desiderare non quidem principaliter ut in eis finem con
stituamus, sed sicut quedam amminicula quibus adiuva
mur ad tendendum in deum / nec enim vita corporalis
per ea sustentatur / et instrumentum organice deser
vivit ad acta virtutum ut dicit philosophus in primo ethicorum
Et non propter se ipsa desiderare debemus sed ut dicit
matthei vi primum querite regnum dei et iusticiam eius

Rx°

et hec omnia adicientur vobis Et cum stabitis adora
dum dimittite siquid habetis adversus aliquem ut
et pater vester qui in celis est dimittat vobis pec
cata vestra Et si non dimiseritis nec pater vester qui
in celis est dimittet vobis peccata vestra Est pro
notandum de hoc quod dicit Et cum stabitis non est in
telligendum de statione corporis sed de statione et fir
mitate ut sint homines recto corde stabiles in fide propter
cor. xv. stabiles estote et immobiles et illud primo cor.
primo qui stat videat ne cadat Et stare hic non pro
statione sed pro stabilitate Propter quod sciendum quod
homo fit stabilis per

prudentiam	Iste quatuor virtutes reddunt firmum
Constantiam	et quadratum velut tetragonum sine
temperantiam	vituperio sicut dicitur de homine
Iustitiam	virtuose in primo ethicorum Per pruden

tiam primo sicut domus que custoditur a contrariis
stabilior fit et hoc secundum homo per prudentiam Eccl. xx.
principium sensatum stabilis est Secundo per constantiam
quia edificium bene et solide fundatum fit stabile et
ita facit constantia hominem firmum. primo. cor. xv. fratres
mei dilecti stabiles estote et immobiles Tertio fit ho
mo stabilis per temperantiam sicut murus qui preservatur
ab inundantia ventorum et aquarum Eccl. xxxi. Qui
potuit transgredi et non est transgressus et facere mala
et non fecit ideo stabilita sunt bona illius in domino
Quarto fit homo stabilis per iustitiam quia iustitia
non movetur nec trahitur ad partem sed stat uniformiter
prov. iiii. Dirige semitam pedibus tuis et omnes vie
tue stabilientur Et sic sicut dicit Iob. xi. eris stabi
lis. scilicet in fide et non timebis. scilicet quin exaudieris
dum ergo facis quod sequitur dimittite si habetis adversus
aliquem etc. Istud in oratione dominica ponitur quando petimus
dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris Non est intelligendum ad literam de debi
tis quibus aliquis obligatur creditori aut feneratori
sed intelligitur de remissione quia homo tenetur
esse in caritate Et ideo ut dicit Beda in quodam

Qui sibi postulant peccata dimitti quo ad vitam intrare mereantur petitam absque dubio impetrabunt quod petunt si tamen in se peccantibus aliis primo ipsi dimittant / Si qui hoc facere contempnunt non solum orando facere ~~virtutes~~ sed nec suorum possunt veniam consequi peccatorum.

Cur quod est notandum

Et veniunt iterum Jerosolimam. Hic ut supra dictum fuit ponitur consultacio sacerdotum scribarum et phariseorum verbo venabili Cum autem ambularet in templo accedunt summi sacerdotes scribe et seniores / et dicunt ei / in qua potestate hoc facis. Ad evidenciam istius litere est advertendum est sciendum quod inveniuntur quatuor potestates videlicet

- Deifice maiestatis
- Angelice dignitatis
- Mundane auctoritatis
- Diabolice tempestatis

De prima dicitur Dan. vii. potestas eius potestas eterna et regnum eius in generatione et generationem. Isti potestati nemo potest resistere et ideo est vera. Secunda potestas est commissaria / quia deus angelis committit ad complendum ea que sua maiestas precepit. unde quando apostolus dixit Ad Ro. xiii. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita / sit statim subiunxit / Non enim est potestas nisi a deo. Tercia potestas est principum et regum magnorum et divitum in mundo isto / De ista loquitur dominus Luc. xxii. Reges gentium dominantur eorum Et qui potestatem habent super eos etc. Quarta est tirannica quia demones ex sibi inique possunt potestatem sibi usurpare et semper in malum ea utuntur / De qua potestate loquitur apostolus Ad Eph. vi. Non enim est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem solum scilicet sed adversus principes et potestates tenebrarum harum scilicet demones / Modo ut videbatur iudeis christus volebat istis potestatibus prima sibi attribuebat scilicet divinam potestatem quia dicebat se filium dei et sic tantam potestatem sicut deus pater unde dicebat Joh. v. Dedit ei potestatem iudicium facere / quia filius hominis est et xvii. Dedisti ei potestatem omnis carnis ut o

quod dedisti ei det eis vitam eternam Angelica potestate
utebatur quia discipulis potestatem committebat eiciendi
demonia Et de hoc dicebatur impletum quod dicitur per prophetam
Malachiam iii° c° Ecce veniet ad templum dominator
quem vos queritis et angelus testamenti quem vos vultis
potestate temporali de facto utebatur eiciendo de templo
ementes et vendentes etc. Potestate diabolica non utebatur
sed potestatem super eos se habere de facto ostendebat eis imperando et
expellendo ab hominibus Et quia non credebant quod
aliquam potestatem haberet nisi diabolicam quia in principe de-
moniorum sicut ipsi credebant et dicebant miracula fa-
ciebat et supra alios demones in potestate belzebub
potestatem habebat Et propter hoc ab eo querebant
dicentes In qua potestate hoc facis et quis dedit tibi
hanc potestatem ut ista facias Et sic dicit Beda putat
non suis sed alienis viribus signa facere et subintel-
ligi voluit diabolicam potestatem qua hoc faciat Thomas dicit
in scripto suo supra marcum et bene quia hoc credebant
dicentes eum in indignacionem reducere quia si dixisset
in mea potestate eum [illegible] si diceret in potestate
altius ab eo ipsum discedere pararet qui ipsum deum
esse credebant Et licet apta [illegible] sione posset calumpniam
temptatorum confutare Sed prudens interrogat ut
aut suo silencio vel persuasione sententiam condempnet

Ihesus autem respondens ait illis Interrogabo vos verbum
unum et respondete michi et ego dicam vobis in
qua potestate hoc facio Baptismus Johannis de celo
erat an ex hominibus respondete michi Et posset dici
utrumque et bene primo fuit de celo quia fuit insti-
tutus a deo et iste facit rem qui eam iubet fieri et
tunc actor est sicut Johannes Auctore domino et manda-
to baptisabat sicut ipse dicebat primo qui me misit
baptizare ille michi dixit etc. ergo erat missus ad
baptizandum Item baptizator est nomen officii ho-
norabilis et nemo assumit sibi honorem Ad hebreos
v. et sic Johannes fuit institutus baptista a deo et sic
baptismus eius erat de celo quia a deo Secundo posset

de Celo
Instituto [illegible]

baptismus Johannis dici ab homine quia a Johanne de
nominatur prius quamquam si a deo fuisset ab ipso debuisset de
nominari sed apud quoscumque etiam a christo semper
denominatur baptismus Johannis et non dei igitur
utraque conclusio fuisset probabilis. Secundum veritatem deus
fuit principalis institutor baptismi Johannis Johannes
fuit plenarius administrator et dator et ideo ab eo
fuit magis denominandus. Sed isti sacerdotes seniores
et scribe nullam istorum audebant confiteri. Quare sed
cogitabant secum dicentes. Si dixerimus de celo dicet
[illegible] Quare ergo non credidistis ei videlicet quod testi
monium Johannes perhibuit de christo. Et ipsi habebant
Johannem pro propheta igitur quod Johannes dixit de
christo quod erat agnus dei etc. ipsi debuissent hoc credi.
Si dixerimus ex hominibus timebant populum quia
populus sciebat Johannem esse sanctum hominem et a deo
inspiratum. Et respondentes dixerunt nescimus. Et res
pondens ait illis neque ego dico vobis in qua potestate
hoc faciam. Ecce hic in quinto sito dicit quod iustissime
repulsi sunt utique confusi abscesserunt et impletum est quod per prophetam dicit deus pater. Paravi
lucernam christo meo inimicos eius induam confusione.
Postea nondum quod ob duas causas maxime scilicet
veritas est occultanda querentibus eam videlicet quando
qui querit est minus capax ad intelligendum quod querit
aut odio vel contemptu ipsius veritatis indignus est
quod ei debeat aperire quod querit. Quorum primum
dominus ait Adhuc multa habeo vobis dicere sed non
potestis portare modo. Propter secundum precepit dominus apostolis
Nolite sanctum dare canibus et nolite mittere mar
garitas ante porcos. Et quia isti iudei non erant
capaces veritatis nec erant digni ut eis diceretur
quod querebant ideo dominus noluit dicere quod
querebant ab eo. Et sic finit xiii capitulum

Cepit eis in parabolis loqui etc. Sicut superius
fuit dictum postquam christus confutavit sacerdo
tes scribas et seniores iudeorum verbo ignominioso
hic confutat verbo interpretabili videlicet in parabolis

Ex hominibus a ministrante

Nonne capit

Cotexpruit

Alli

timemus populum quia
eum habebant
Johannem quod
de ipso
erat
credebat dicit
[illegible]

Vide de hoc
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

Verbo scribarum ... dum scribit ... filius david

Et primo consultatio ponitur sacerdotum 2° phariseorum et herodianorum ibi Et mittunt ad eum. 3° saduceorum ibi Et venerunt eum saducei. Dicit igitur primo parabolam que est talis Vineam pastinavit homo. i. e. deus colluit vel plantavit. Unde sciendum hic quod pastino pastinas dicitur plantare fodere firmare / et dicitur a pastino pastinas vel a pastis sicut dicit hugo et proprie pertinet ad vineas plantandas. Unde versus pastino quod sum fodio colo planto vites. Unde hic pastinatum .i. vinea novella. Et sic videtur quod pastinatum dicatur a pangendo .i. plantando / ysidorus in fine ethimologiarum dicit quod pastinatum dicitur instrumentum bifurcatum quo semina panguntur .i. plantantur. Item pastino quoque quoniam re. Et dicitur repastino. Unde repastinare dicuntur vinee veteres que refodiuntur. Et vineam pastinavit homo. Et circumdedit sepem et fodit lacum et edificavit turrim etc. Ubi hic sciendum quod multiplex invenitur vinea in scriptura scilicet

materialis et phisica
figuralis et mistica
moralis et typica
intellectualis scientifica
spiritualis allegorica
supernaturalis anagogica

Primam plantavit Noe Gen. 9. Secundam plantavit deus scilicet synagogam de qua Jer. 2° dicitur ego te plantavi vineam meam quomodo ergo versa est in pravum etc. Et ysa. v. Vinea domini domus israel est. Tertiam que est conscientia cuius excolunt viri prudentes fatui non / de qua dicitur Prov. 24. per agrum hominis pigri transivi et per vineam stulti et ecce totum repleverant urtice etc. Quartam que est sacra scriptura videntur sancti doctores / de qua dicitur Cant. 2°. Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Nam vinea nostra floruit / vulpes sunt heretici qui demoliuntur vineam quia perversas hereses seminant et pervertunt bonum scripture sensum. Quintam que est ecclesia catholica excolunt et custodiunt fideles / de qua dicitur salvator noster Mt. xx. Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo conducere operarios in vineam suam / quod exponit Gregorius in omelia expo-plane de ecclesia militante. Sextam habitant sancti in patria

scilicet in gloria de qua Cant. viii Vinea mea coram me
est mille pacifici et ducenti hiis qui comedunt fru
ctus eius. De ista vinea dicebat xpistus quod erat vitis
vera Joh. xv. quod verum est exponendo anagogice
Modo in proposito ipse xpistus per vineam intelligit syna
gogam de qua etiam sub parabola vinee psalmista loquitur
in psalmo d. vineam de egypto transtulisti eiecisti gentes
et plantasti eam scilicet in terram promissionis et est
parabola satis clara Et circumdedit ei sepem et fodit lacum
lacus proprie dicitur locus in quo recipiuntur aque a
rivulo Et ad similitudinem huius lacus ubi recipitur
vinum fluens a torculari dicitur hic lacus Et fodit
in ea torcular et edificavit turrem et locavit eam
agricolis et peregre profectus est statim Quia autem
parabola ista possit exponi ad aliquem sensum misticum
aut moralem. Sed primo totam istam parabolam deducere
et concordare licet ad sensum parabolicum scilicet intencionem ipsius
xpisti Ideo sciendum primo quod accipiendo vineam pro
synagoga et gente iudaica ut dictum est primo
ipsam plantavit qui de egypto eos per moysen ad
duxit et pastinavit. qui xl annis manna in deserto
eos pavit Et circumdedit ei sepem scilicet Lyra exponit de
muro urbis ierusalem vel de angelorum custodia qui
eos semper contra omnia adversa protexerunt et defe
derunt Thomas dicit quod sepis est lex prohibens eos a
gentibus commisceri Et fodit in ea torcular sive
lacum aut altare aut torcularia quorum et tres
psalmi intitulantur. octavus nonagesimus et
tercius Et edificavit turrem Nulli dubium quin
debeat exponi de templo quod a propheta Michea turris appellatur
Et fodit in ea torcular sive lacum aut altare aut
torcularia quorum et tres psalmi intitulantur
Octavus nonagesimus et tercius Et edificavit turrem
nulli dubium quin appellatur cum dicitur. et tu turris
nebulosa syon Et locavit eam agricolis scilicet moysi
et aaron quos commisit ad eos colendum muniendum
et purgandum ut faceret fructum vel regibus iuda et israel

Marginalia:
tr[ansfer]e[n]do
scilicet custodia[m] ponendo Thomas dicit per sepem signatur custodiam et tuitionem
Vinea id est Synagoga
protexerunt
appellatur

vt vineam custodiret et defensaret. vel forte sacerdotibus
et scribis qui synagogam regebant legem docere et ad
fructum preparare. Et peregre profectus est statim. non loci
mutacione cum sit vbique deus abire videtur a vinea
vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.
Et misit ad agricolas in tempore seruum ut ab agricolis acci
peret de fructu vinee. Beda. Bene tempore fructum po
suit non prouentum. nullus enim fructus extitit populi
contumacis nullus huius vinee prouentus inuentus est.
Sed tamen crebro ac sollicite querebatur. Cuius primus
qui missus est bene dicitur moyses legifer qui per
xl annos fructum aliquem legis quam dederat requirebat a
cultoribus. Sed enim dimiserunt vacuum cesum. quia vt
legitur irritauerunt eum Moysen in castris et aaron
sanctum domini et vexatus est moyses propter eos quia
exacerbauerunt spiritum eius. Qui et ipse huius quid de
fructu huius vinee senciat ipse dicit. Ipse enim. Ex vinea
enim Sodomorum vinea eorum. et propago eorum ex gomor
ra. vua eorum vua fellis et botrus amarissimus. Fel
ipsis draconum vinum eorum et venenum aspidum
insanabile. Et iterum misit ad illos alium seruum et
illum in capite vulnerauerunt et contumeliis affece
runt. Beda. Seruus alter regem prophetamque et ceteros
psalmistas signat qui post moysen missi sunt vt
per sonos legis dulces ad exercitium boni operis excita
rent. Sed et ipsum dauid abiecerunt qui dicebant
que nobis pars in dauid aut que hereditas in
filio ysaye. est. et ideo pro vinea ista orabat in psalmo. O
Domine deus virtutum conuerte nos. respice de celo
et visita vineam istam et dirige eam quam plan
tauit dextera tua. Et rursus alium misit et illum
occiderunt et plures alios quosdam cedentes alios
vero occidentes. Tercium seruum cum suis sociis prophetarum
chorum intellige qui continuis attestacionibus populum
conuenerunt et que huic vite ventura imminerent
mala predixerunt. Sed quem prophetarum non sunt
persecuti et occiderunt eos qui prenunciabant de aduen
tu saluatoris. Vnde bene Jeremias. ista vineam

plangebat dicens Ego inquit te plantaui vineam elec-
tam omne semen verum quomodo conuersa es in prauum
vinee aliene. Adhuc ergo vnum habens filium carissimum
et illum misit ad eos nouissimum dicens quia forte
reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem
hic est heres occidamus eum et nostra erit hereditas
Manifeste dominus probat iudeorum principes non per igno-
ranciam sed per inuidiam crucifixisse filium. hereditas
ergo ecclesia est cunctis ei data ex gentibus quam non mori-
ens ei pater reliquit sed ipse sua morte mirabiliter acqui-
siuit et resurgendo possedit. Hanc a eo occiso mali co-
loni principes moliebantur eum crucifigentes eum iudi-
ficem que per eum est extinguere et suam magis
que ex lege est iusticiam preferre ac gentibus im-
ponendis conabantur inserere. Et apprehendentes eum
occiderunt et eiecerunt extra vineam. Theophilus dicit
quod eiecerunt eum extra vineam scilicet filium dei id est ex-
ciuitatem vbi eum crucifixerunt. Ieronimus exponit
quod eiecerunt eum ex vineam id est extra plebem dicentes
Samaritanus es et demonium habes. vel quia quantum
in se erat a suis finibus eum excludentes et gentibus
suscipiendum dederunt. Quid ergo faciet dominus vinee
veniet et perdet colonos et vineam suam dabit aliis.
Matheus dicit quod iudei responderunt hoc veniet etc. Et
Marcus dicit quod ihesus dixit hoc. Augustinus in de concordia
ewangelistarum dicit quod post interrogacionem a christo ipsi responderunt
veniet etc. et quod quasi sine interposicione verba eorum
repetiit quia tam verum dixerunt etiam de illis
hoc ipse respondit qui veritas est. Theophilus istud veniet et
perdet colonos etc. exponit sic dicens dominus vinee est pater
filii interempti et ipse filius interfectus qui perdet co-
lonos tradent ipsos romanis et populum dabit aliis colo-
nis id est apostolis persecutos actus apostolorum et inuenies
tria milia et quinque milia repente credencium et fru-
ctificantes deo. Ieronimus exponit sic dicitur vinea aliis
id est ab oriente et occidente et austro et aquilone ve-
nientibus et recumbent cum Abraham ysaac et Jacob
in regno dei Et ad hoc facit quod dominus dixit apud Matheum

Auferetur a vobis regnum et dabitur genti facienti
fructus eius. Beda dicit quod hoc sine prorsus pro-
phico sermone statim affirmavit et exponens subiciens
Nec scripturam hanc legistis · lapidem quem reproba-
verunt edificantes hic factus est in caput anguli
q · d · Dicit beda quomodo impleri hec prophecia nisi
quia xpus a vobis reprobatus et occisus est gentibus
predicandus vt · q · lapis angularis duos populos coniungit
dat in semetipsum atque ex utroque populo vnam sibi ciuitatem
vnum templum edificet · Eos enim synagoge principes
quos colonos supra dixerat hic edificantes appellat
quia qui subditam sibi plebem ad ferendum sibi fru-
ctus · q · vineam videbantur excolere ipsi quoque hanc
deo inhabitatore dignam · q · domum construere atque
ornare percipiebantur. Theophilus hic vere lapis angularis
q · coniungens iudeos et gentiles factus est mirabilis
in oculis nostris · s · fidelium. Nam ab infidelibus mi-
raculis detrahuntur sed mirabilis tamen · q · miraculis
suis deo cooperante et sermonem confirmante sequen-
tibus signis. Et tunc querebant · s · iudei eum tenere
et timuerunt turbam. Cognouerunt enim quod ad eos
parabolam hanc dixit. Et relicto eo abierunt. Verum
beda hic aliquantulum moraliter exponit quod post literam
tamen contra traditur · q · vinea ad excolendum mitti-
tur sibi · i · predicatores et sancti viri qui veniunt
quotidie querere fructum a colonis · i · hominibus
quibus deus commisit vineam · i · animam et conscientiam
suam per liberum eorum arbitrium excolere vt faciant
fructum. Sed isti moraliter loquendo suos ad se missos
occidunt et doctrinam sanam et sermones vilipen-
dunt et contempnunt. Christum insuper heredem quantum
in se est occidit qui carnalis operibus filium conculcare-
rit de iterando aut turpiter de eo iurando qui vero
corpus eius indigne accipit plus filio dei iniuriam
facit quam iudeus qui eum tradidit et quam iudei qui
eum occiderunt. Sed perdito malo cultore vinea dabi-
tur alteri. Vnde dono gratie quod superbis et malis sub-
trahitur humilis et fidelis ditabuntur vel vinea que dicit quod

aut ecclesia Cant. ii. Vinea nostra floruit. alteri dabitur
cum sit per eam a regno expellentur glorie et boni et scientie
qui bonos fructus germinaverint in ecclesia exponetur
et hoc de isto

Quia istam parabolam satis aperte dixit contra
iudeos ut eos ad iracundiam et invidiam
provocaret et causam et materiam scandalizandi
istis phariseis et sacerdotibus et scribis dedit tam pro
hiis que hic modo et alias dicta sunt. et sunt ad hoc
dicenda videtur michi quod merito querendum utrum christus
in predicationibus suis debuit vitare offensionem et
arguitur quod sic. paulus ad Thim. i. dicitur timorem ne
interpretaris. sed obsecra ut patrem / predicta autem circa seniores
et presbiteros ergo etc. Item paulus ad Cor. x. dicitur sine
offensione estote iudeis et gentilibus et ecclesie dei
Cum igitur facta christi et dicta dicta sint nobis pro
exemplari videtur quod debuit cavere ab offensione predictorum
Ezechielem ysa. viii. fuerat prophetatum quod christus foret
in lapidem offensionis et petram scandali duabus
domibus israel. In isto duplex est scandalum
sicut supra dictum fuit quando tractabatur de scandalo
vel activum et passivum. Activum non habuit in christo
quia tale scandalum est dictum vel factum aliquod
minus rectum prebens alteri occasionem ruine ut habetur
ex illis Iheronimi supra Matheum. Omnia autem
facta et dicta christi fuerunt rectissima / et ideo quod ista
intelligitur de scandalo passivo quod est quando aliquis
ex dicto vel facto alterius in bono scandalizatur ex sua
perfectione sua ut sunt invidi et pravi homines / Et
aliquando istud scandalum procedit ex ignorantia aut infirmitate
mentis illius qui scandalizatur Et tunc
facta bona aut dicta coram talibus occultanda
sunt / vel differenda quousque tales infirmi aut
ignorantes instruantur / nisi sint talia bona que
sunt de necessitate salutis que non sunt omittenda
propter scandalum alterius / Si autem infirmi et ignorantes
post instructionem debitam in scandalo permaneant
tunc tale scandalum est contempnendum

q°
Thes. p. 3 q 13

Ro

quod
maxime quod est contra bonum commune semper est preferendum querumcumque hominum singularium. Tale autem fuit scandalum phariseorum sacerdotum et scribarum, qui sua malicia intendebant impedire doctrinam xpi in qua consistebat salus populi. Item suis malis exemplis et moribus trahebant populum ad peccandum. Item per suam doctrinam malam evacuabant dei mandata propter suas tradiciones ut dictum fuit supra. Et ideo xpus debuit vicia eorum reprehendere in publico nec ab eo cessare propter eorum scandalum. Propter quod Mathei xv. cum discipuli dixissent xpo Scis quia iudei audito hoc verbo scandalizati sunt. Respondit Sinite illos ceci sunt et duces cecorum. Si cecus cecum ducit etc. Dicimus igitur primo quod apostolus loquitur de senibus etate et malicia corruptis, quia tales sunt acriter arguendi ut habetur Dan. xiii. Dicimus secundo quod homo debet esse sine offensione iudeis et gentilibus sic quod dicto suo vel facto minus recto non prebeat occasionem ruine alicui. Sed si de vitate scandalum sumitur veritatis occasio permittitur quam quod veritas relinquatur secundum quod dicit Gregorius super Ezechielem.

ex phariseis et

Et mittunt ad eum quosdam de herodianis ut eum caperent in verbo. Hoc ut supra dictum fuit ponit consultacio phariseorum et herodianorum. Sciendum est hic quod secundum Josephum in libro Antiquitatum herodiani erant milites quos cleopatra regina egypti dederat herodi, quorum aliqui forte erant cum herode tunc qui venerat in ierusalem ut purificaretur et interesset sollempnitati pasche que instabat. Et istos milites miserunt pharisei ad xpm querentes an iudei deberent solvere tributum aut non Cezari. Quod si negaret caperetur ab herodianis. Si concederet legi contrarius esset. Beda et Jeronimus vocant herodianos omnes milites herodis qui tunc venerat in ierusalem ut dictum est. Et istud patet per hoc quod lucas dicit quod pylatus misit ihesum ad herodem qui tunc erat ierosolimis propter eam pascham. Alii ut Crisostomus dicit quod isti

[illegible]

Herodiani erant iudei et de secta herodiana de qua fuit dictum supra viii c° Et isti debebant debere solvere tributa cesari Nam ut dicit beda in quodam suo nuper sub cesare augusto iudea subiecta erat romanis quando in toto orbe facta est descriptio et ideo iudea erat tributaria Et erat magna dissensio inter iudeos Aliis dicentibus pro securitate et quiete quam romani pro omnibus militabant debere tributa persolvi phariseis qui sibi applaudebant iusticia econtrario dicebant quod populus qui solvit decimas et primitias non debet humanis legibus subiacere Et ista sedicio invaluit ut finaliter rebellionem romanis reddiderunt Quapropter sub tito et vaspasiano et patria et civitas et templum et omnes populus destructa sunt ut plenius narrat egesippus libro primo de excidio iudeorum Qui remetes dicunt ei Magister scimus quia verax es et non curas quemquam nec enim vides personam hominis sed in veritate viam domini doces. Hic primo notandum quod licet fraudulenter ista dicerent tamen verum dixerunt Ad cuius evidenciam sciendum quod ille verax est Qui veritatem refert libenter veritatem profert patenter pro veritate sufferre constanter veritatem non differt latenter

Primo dicitur et merito verax quia veritatem refert libenter quod istud pertinet ad naturam hominis sicut dicit philosophus primo rethoricorum c° homines sunt sufficienter apti nati .i. quantum ad naturam ad cognoscendum veritatem et illam ut in pluribus adipiscuntur quia ambobus existentibus amicis sanctum est prehonorare veritatem primo ethicorum x° c° Et amator veri mendacium vetabit ut dicitur iiii ethicorum xiiii Unde valerius libro iii° narrat quod cum quidam diceretur zenocrates philosophus de menesillo qui erat amicus eius quod multa mala de eo dixisset et iuramento firmaret ille zenocrates respondit crederem tibi si verax esses sed nimis libenter refers mendacia Secundo dicitur profert patenter veritatem meditabitur guttur meum Proverbiorum viii° Dicitur verax qui veritatem profert patenter contra illos qui palliant veritatem vel bonam doctrinam verbis

refert libenter

profert patenter

[illegible]

obscuris ut magis appareant Cum quos bene loquitur
philosophus iii politice xii ei a qui est cum quecumque metho
dum philosophatur conveniens est non respicere sed de
clarare et unumquodque veritatem Et Seneca ad Lucillum
li. ii. epistola iii in fine dicit Veritatis simplex oratio est
ideo illam implicare non oportet nec enim quicquam minus
convenit veritati quam illa subdola calliditas animis ma
gna conantibus Et li. iii de virtutibus c. de
prudencia dicit crebro faciem mendacii veritas re
tinet spem vitalitatis occultat Nam sicut aliquis tri
stem frontem amici et blandus adulator ondit
sic visibili falsitas coloratur et ut fallat vel surripi
at conatur Ideo dicitur Ecc. xxxvii ante omnia opera
verax precedat te Tercio dicitur verax qui pro veritate
suffert libenter Unde plures volebant viri honesti
antiquitus mori quam deserere vel tacere veritatem
Unde narrat Valerius maximus li. vi quod tam fortis
simus esset pompeio quam dare vel quam voluntate sua dare
Cumdam vocatus gelmus antiquus valde accusavit li
bere quem pompeyus amabat Unde iratus pompe
ius dixit gelmo ex derisu quia senex erat quod ipse
veniebat ab inferis ad accusandum quod dicit quod ille esset
mortuus pre senectute et post resuscitatus Gelmus
constanter dixit non mentiris michi pompei Ille enim
michi ab inferis Et ibi mortuum fui vidi mistos
deflentes et quiritantes tuo iussu se iniuste fuisse
se occisos et concludit valerius Ex forti magni
ficencia cordis expressit ei veritatem constanter
Ideo dicitur Ecc. iiii fili pro anima tua non confundaris
dicere verum Quarto dicitur verax qui veritatem non
differt latenter contra illos qui fingunt se nescire aut
se ignorare de aliqua re quando non audent vel no
lunt dicere verum pro aliqua causa Unde de Diogene
dicit Valerius li. iiii quod usquequaque verum erat pro
fitens Unde contingit semel quod Diogenes lavabat
olera ad comedendum Et tunc Aristippus qui erat
cum Dyonisio tiranno transiret et vidisset Diogene

Suffert libenter

Non differt latenter

lavantem olera non edes. Cum Dyogenes audit v(erbum) si olera comedere velles dominium non adulares. Et subdit Aristippus Malui ego olibus vivere et venire dicere quam epulis regiis saginari. Unde Sen(eca) li(bro) de iiii(or) virtutibus c(apitulo) de iusticia bene p(er) medium dicit si aliquis coherens ut mendacio vere non adebitur s(ed) ad veri custodiam. Et ideo propter ista dicitur Ecc(lesiastici) xv(o) Viri veraces invenientur in illo et successum habebunt ad inspectionem dei. Et quia xpistus ipse qui secundum eternam sapientiam erat veritas ut ipse dicit Johannis xiiii(o) Ego sum via veritas et vita. Docebat veritatem

omnibus libenter
patenter
constanter
et potenter

Merito ab ipsis herodianis dicebatur quod erat verax et viam dei in veritate doceret. Tunc causa querebant ab eo Si licet tributum dari Cesari aut non. bene fatui erant quia nolebant verbum divinum capere in verbo quia frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum ut dicitur prov. primo. Et tamen in verbo sepe capitur homo sicut Jac. iii dicitur Siquis in verbo non offendit hic perfectus est vir. Et ideo ut dicat Beda in glosa suo blanda et fraudulenta interrogatio illum provocat ut respondeat ut magis deum quam cesarem timeat et dicat non debere cesari tributa solui ut statim audientes herodiani seditionis contra romanos auctorem eum teneant. Et ideo ipse sciens versutiam eorum ait illis Quid me temptatis. afferte michi denarium ut videam. Sciendum hic secundum Iani quod tributum grammatice dicitur quod per regiones soluitur. Vectigal dicitur stipendium quod datur diis. Glo(sa) Ro(manos) xiii dicit quod tributum est quod domi soluitur. et vectigal quod ad domum de vehitur aut portatur. Ysid(orus) etho(logiarum) li(bro) xvi ubi agit de auro dicit quod tributum dicitur a tribu et ideo quia istud tributum propterea exigebatur quia quelibet tribus tenebatur ordinate ad soluendum tributa colligebatur et recipiebatur per manum unius sicut patet per hoc Luc. ii(o) de Joseph et Maria quod cum describebatur regnum

Licet dari censum cesari an non. Cum sciens versutiam eorum ait illis

Nichil enim absconditum quod non reveletur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
interrogatum [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
Quid me temptatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] temptatur [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Nec [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]

At illi obtulerunt ei / Et ait illis Cuius est hec ymago et inscriptio / dicunt ei cesaris / Tunc ait Ihesus ait illis Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo / et mirabantur omnes super eum etc.

Iudee ad soluendum tributum ipse venit in Bethlee ubi aggregabantur tribus David Et ipse erat de tribu David At illi attulerunt denarium. Denarium erat genus nummi quod valebat decem primos nummos usuales et in eo erat ymago cesaris inscripta Et ait illis Cuius est ymago hec et subscriptio Dicunt illi Cesaris Respondens autem ihesus dixit eis Reddite igitur cesari que sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo Et admirabantur de eo Beda quod autem Reddite que sunt cesaris Cesari .s. nummum tributum et pecuniam Et que sunt dei deo scilicet decimas primicias oblaciones et victimas quomodo ipse reddidit pro se et pro petro / Et deo reddidit que dei sunt patris eius faciens voluntatem eius Beda post exponit moraliter Dicens quod sicut Cesari imperator temporalis exigit expressionem sue ymaginis sibi temporaliter reddi ita imperator celestis animam nostram que lumine vultus sui lustrata est et signata Sicut dicit psalmista Signatum est super nos lumen vultus tui domine Debemus reddere et offerre Unde hic ad nostram erudicionem est sciendum quod sicut in denario illo materiali ad hoc quod sit acceptabilis alicui imperatore terreno quatuor requiruntur

- Materie puritas
- Ponderis gravitas
- Ymaginis veritas
- Subscripcionis firmitas

Ita anima nostra ut sit deo acceptabilis ad deum offerendum requiritur Affectionis sinceritas Dilectionis caritas / Similitudinis dignitas / fidei firmitas / in anima nostra Primo si volumus offerre deo quod habeat affectionis puritatem sicut anima fit a deo et creatur in natura spirituali et simplica ab omni immundicia terrestri Ita spiritualiter debet habere in affectione sinceritatem ut sit sine affectione terrestri aut terrestrium / quia ut dicit Augustinus libro de utilitate credendi Sordes anime sunt amor quarumlibet rerum preter deum a quibus sordibus quanto quis purificatior tanto acceptatior deo Et idem de libro confessionum Si affectas terram terra es Si celum celum es etc.

Affectionis puritas

Et ideo dicitur Eccl. xxvj. Bono animo redde gloriam deo
Requiritur secundo in anima ut sit digna offerri et reddi
quod habeat propondus caritatem sicut dicit Aug. li. xiij
confessionum ponderibus suis aguntur omnia et loca sua
petunt Amor meus pondus meum illo feror quo
feror Et ideo qui sunt in peccato habent malum pondus
Et ideo dicitur Eccl. xxvj Nulla ponderacio est digna
continentis anime Requiritur iijo ad hoc ut anima sit digna
reddi et offerri deo similitudinis dignitas a primo
creacionis sue homo fuit formatus ad ymaginem
summi Imperatoris et similitudine sicut patet Gen. jo
Et hoc quantum ad animam secundum potencias suas in quibus
ymago summe trinitatis relucet sicut patet per beatum Aug.
li. xo de Trinitate Et quamdiu homo stat in gracia ymago
illa resplendet et videtur Imperatoris figura in ea Sed statim
quod homo peccat mortaliter iam ymago in anima deturpatur
et fedatur sic quod non sunt cognitum in plateis ut
dicitur Tre. iiijo Et apostolus ad Ro. j. mutaverunt gloriam
i. ymaginem incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis
re Et propter hoc pulcre dicebat beatus Bernardus in
meditacionibus suis sic O anima insignita dei ymagine de-
corata similitudine desponsata in fide dotata spiritu
redempta sanguine par angelis capax beatitudinis
racionis particeps quid tibi cum carne Ideo bene anima
debet custodiri ut ymago dei in ea servetur et munda
deo reddatur sicut Jonas ijo dicit Quecumque vovi
reddam deo pro salute Requiritur iiijo ut anima deo
sit acceptabilis et deo possit reddi ut in ea sit sub-
scripcio fidei Christi quando enim in baptismo puer quasi denuo sit
et fabricatur et regeneratur tunc fit quasi moneta dei
et in fronte eius inscribitur crux Christi et caracter
in anima ita quod illa anima nullius alterius inscripcionem
portat et tunc fit acceptabilis a deo Et igitur de
anima sic ymaginata sic formata et signata tamquam
de denario bono et fideli debemus Imperatori nostro
reddere tributum et offerre ut apud dominos temporales fa-
ciamus sicut tenemur et apud proximos nostros et
eciam et apud creatorem nostram animam fidelem
reddamus et vivificatur quod dicit dominus in textu.

2 Pondus dilectionis caritatis

3 Similitudinis dignitas

4 Superscripcio fidei debitatis

Et venerunt ad eum Saducei qui dicunt resurrectionem non esse et interrogaverunt eum dicentes

[illegible]

Magister ... Moyses nobis scripsit ... Deut. 25 ... Si cuius frater mortuus fuerit et dimiserit uxorem et filios non reliquerit ...

videlicet Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo Quod nobis concedat etc.

Et venerunt ad eum saducei etc. Hic agitur ponitur saduceorum confutacio et dividitur in duas partes primo in partem principalem ibi Et accessit etc. Secundum sensum litteralem est primo sciendum Quod sicut dicit Beda in ingmento suo et prius dictum fuit desu in iudeis due hereses erant maiores scilicet phariseorum et saduceorum pharisei tradicionum et observacionum quas illi deuteroses vocant iusticia preferebant unde et divisi vocabantur a populo Saducei autem qui interpretantur iusti Et ipsi vendicabant sibi quod non erat Quia resurrectionem corporis et anime angelos et spiritus sequentes omnia denegabant solum libros moysi recipiebant. Pharisei autem resurrectionem credebant tamen errabant etiam ipsi post resurrectionem sicut faciunt illi de lege machometi credebant habere uxores et liberos et agros et vineas et tamen credebant unam urbem auream de celo venturam iuxta vaticinium thobie et per mille annos vitam optimam ducere et post credebant se in celos transferendos Et propter hoc fuit questio saduceorum que ponitur hic contra quia ad eum pharisei nesciebant respondere Et propter hoc querunt a christo dicentes magister moyses nobis scripsit et istud est deut. xxv° si cuius frater mortuus fuerit et dimiserit uxorem ipsius et non relinquerit filios accipiet eius frater uxorem ipsius et resuscitet semen fratris sui Et istud fuerat factum apud iudeos ante moysen sicut patet de filiis iude filii iacob et de thamar ut patet in gen. xxxviii et sequitur questio Quod vii fratres erant Et primus accepit uxorem et mortuus est non relicto semine Et secundus accepit eam et mortuus est nec iste reliquit semen Et consimiliter vii et non reliquerunt semen Novissime mortua est et mulier In resurrectione igitur cuius erit uxor omnes habuerunt eam Quia saducei credebant animas cum corporibus

[illegible]

[illegible] Judeis et specialiter querentibus cum phariseis
reddi[illegible] deo mandata que se impleret et abusset
parum duplicem vz publicum et specialem
quia cum interrogatum a phariseis et herodianis.
Si licet tributum dare cesari an non respondit
in implendo sed parum preciperendo reddere que sunt
cesaris cesari et que sunt dei deo. Sic quidem
mandata non servavit sed ipsa transgressi sunt
rebellaverunt contra cesarem sed romano imperio [illegible]
[illegible] et quod [illegible] cesaris cesari [illegible] quod quidem implevit
parum specialem quia venerunt romani et destruxerunt
civitatem et locum et gentem et dispersi sunt. Refert in
historia Josephi de destructione Jerusalem et specialiter Judeorum
transgressi est quia sedem mandatum sed reddere
que sunt dei deo credendo in Christo cum incredulis
in magis [illegible] implevit parum [illegible]
[illegible] attendisses mandata mea
facta fuisset sicut flumen pax tua. Pax cum
[illegible] iustitia sicut fluctus et iustitia tua sicut
gurgites maris. Iustitia [illegible] est que est per fidem Christi
[illegible] iustitia [illegible] sicut gurgites maris
[illegible] sicut gurgites maris non deficiunt

nec recedam [illegible] quam dicentes

Ruth 3 de Booz qui dixit Ruth

Et re[illegible] semen fratris sui. s. defuncti

Videtur [illegible] sicut hic

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] hic de [illegible] est [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] hic est [illegible]

[illegible]

[illegible]

intire ad confutationem phisicorum qui tenebant gentiz
ut dictum est hoc a xpo gnerabant et potuit esse
ut dicit beda quod in lege forum hec accidit. sed
turpitudinem fabule opponit vt iuris derogent
vitatem. S[ecundu]m sensum moralem beda exponit quod mulier
sterilis et infecunda est aia peccatoris septem fres
sunt .vii. dona spus sancti a quibus illa deberet
fructu bone paginis et operis hre ut a dono sapie
hret fidei illuminatorem a dono intellectus hret dei spe
nilatorem a dono consilij hret sanctam conversationem
a dono fortitudinis hret iustitie firmitatem a dono
scie hret sui cognitionem a dono timoris dei ois
mali detestationem ut sic effugiat obprobrium legis
que dicit deut xxiii non erit in fecunda et sterilis
in plebe Et ideo aia peccatoris que merito sterilis dr
iux illud psalmiste retribuebant michi mala pro
bonis .s. demones sterilitatem nouissime moritur
in fecunda morte sub spuali sub maledictione ob-
probriose sterilitatis. Ali exponit alius doctor iuxta
ce vii fres possunt dici vniuersitas plurator[um] lim
eccia traditur sponsa et vxor. sed infecundi ut pleb
moriuntur et sine liberis quia ex ecia eorum
nulli filij domini creantur q. spadones sunt qui a
corrumpere etiam possunt sed gnare non possunt
iux illud Eccl xxx Concupia spadonis deuirginauit
iuuenculam etc. nouissime moritur etc. q. sterilis et
infecunda et hinc mariam deducat qui uenerunt et
dilatores et credentes. Ihus ait illis nonne ideo erratis
nescientes scripturas neque virtutem dei. Beda dicit
propterea errant quia scripturas nesciunt Et quia
scripturas ignorant gnr nesciunt virtutem dei hoc
est xpm qui est dei virtus et dei sapia Tho dicit
quod loquitur xpus q. dicit vos non intelligitis scrip
turam que deum annuntiat vos eciam consideratis
quod difficile sit deo dicere aliter qz potuerint membra
dissoluta coniungi et aiabus adunari Et ad ma
iorem evidenciam dicti consilij sciendum quod saducei
innitentes suo sensui et cursui naturali nolebant

quod possit fieri naturaliter quod aliquid nunc redire posset
sicut dicitur ii° de generatione quod quorum substantia deperit
non est possibile redire idem unum. Et eciam v° phisicorum
de ydemptitate motus quod non potest redire. Liceat in pre
dicamentis dicit philosophus quod de privatione ad habitum non
fit regressus. Et isti saducei non viderant scripturam
dicentem oppositum dicente Job xix°: Scio quod redemptor meus
vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum
et rursum circumdabor pelle mea etc. Et quia saducei
ignorabant virtutem dei per quam fiet ista resurrectio. Circa
quod est sciendum quod in resurrectione tria sunt: primum
est corporis ex pulueribus reformatio. Secundum est ipsi anime
reunio. Tercium est unitarum inseparabilis colligatio.
Primum est contra naturam. Videtur consolitum cursum ut que
per peccatum destruere et destructa non reparare. Secundum
est consentaneum nature videlicet quod anima corpori organizato
naturaliter uniri desiderabit unitatem. Tercium est supra
naturam videlicet quod ex corruptibili fiat incorruptibile
et quod unita illa inseparabilia fiant. Et qui primum et
tercium non possunt fieri ~~non possunt fieri~~ nisi
a virtute divina qua operante fient et non est diffi
cile omnipotenti deo et virtuti sue fieri. Ideo saduceis qui
resurrectionem negabant et scripturas sibi [illegible]
fieri bene a salvatore dicitur: erratis non scientes
scripturas neque virtutem dei. Et declaratur dictum
[illegible] ut clare patet. Tunc Christus ad errorem istorum
et consilium plane et pulcre ad questionem respondet dicens:
Cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque
nubentur, sed sicut angeli dei in celis. Beda
dicit in commento suo quod proprie gramatice loquendo
viri nubunt mulieres nubuntur. Resurgent tamen corpora
que possunt nubere et nubi. Tamen sicut dicit Beda
erunt sicut angeli dei quia gloria renovati
absque ullo mortis metu absque ulla labe corrupcionis
absque ullo eterni status gaudio perpetua dei visione fru
untur. Certum quod nec ab extrinseco nec ab in
trinseco potuit aliud contrarium preter quod eorum beati
tudo violatur. Et sicut dicitur. Apostolus impetre

fiunt hic in mundo contra passiones temporales et multiplicacionem sine propter successionem ne mundus desiciat Sz post iudicium in electis non erunt temporales nec erit ibi multiplicacio / quia omnes electi erunt glorificati et sicut angeli habebunt esse permanens et immutabile / Sz de hoc quod dicit saluator quod erunt sicut angeli dei in celo est dubium. Vtrum homines assumentur ad ordines angelorum. Et videtur quod non quia quod non conueniunt in officio non conueniunt in ordine. Sed officium deputato, sed anime beate non conueniunt in ordine aliquo officij angelici. ergo non erunt assumpti ad ordines angelorum Et istam opinionem aliqui tenuerunt ut bletus et euuomius et male Vnde magister sinarum (?) po. in li. 2o pt contrarium et probat auctoritatibus sanctorum Et ideo sane tenendum quod ad quoslibet ordinem angelorum aliqui electi assumuntur. Sz vtrum omnes vel non omnes de hoc sunt opiniones aliqui dicunt quod omnes in aliqua ordine ponentur vt videtur velle magister sinarum (?) li. 2o dist. ix Alij autem tenent quod non Dicunt sed aliqui electi licet pauci qui sunt minus transcendunt omnes ordines angelorum sicut de beata virgine tenet ecclesia ita erunt aliqui electi qui non erunt tanti meriti quod possent equari alicui angelo in gloria Et isti constituent decimum ordinem et isti videntur hic pro se xpm in parabola illa de decem dragmis luce. xv. vbi dicitur mulier habens dragmas. x. etc. vbi glo. dicit. x. dragmas mulier habuit cum nouem ordinibus angelorum additus est homo decimus ut compleretur numerus electorum et sic videntur intellexisse xpm illam parabolam de. x. dragmis ... quod nullus electus in ministerio cum angelis conuenit etc. dico quod illa assumpcio non intelligitur quo ad conueniencias officij sed premij Sequitur quod xpc dixit saduceis Nunquid legistis in libro moysi super rubum quo dixit illi deus inquiens Ego sum deus Abraham et deus Jacob. non est deus mortuorum sed viuorum vos ergo multum erratis Nota hic quod ista verba Ego sum deus Abraham etc. dominus dixit

qo.

qo.

246

de mortuis autem quod resurgunt non legistis in libro Moysi super rubum quo illi deus dixit dicens Ego sum deus Abraham et deus Ysaac et deus Jacob. Non est deus mortuorum sed viuorum Vos ergo multum erratis

moysi qui apparuit ei in rubo qui ardebat et non comburebatur ut patet exo. iii. De hoc quod dicit non est deus mortuorum intelligendum est est mortuorum totaliter consumptorum et adnichillatorum sicut isti saduccei credebant esse de hominibus post mortem eorum quod totaliter adnichilarentur / Et ideo multum errauerunt / quia anima post mortem remanet quia incorruptibilis / Et sequitur a toto sicut incorruptibile a corruptibili / vt patet ii^o de anima a philosopho Etiam multi antiqui philosophi naturali instinctu crediderunt animas manere post mortem vt Tullius Seneca et plures alii / ymmo ratione naturali dictat hoc / Istam materiam nolo tractare nec decet in presenti / Sed hic beda multo pulcre miratur. quare dominus adduxit ad probandam resurrectionis veritatem istam auctoritatem cum multis evidentioribus auctoritatibus in scriptura inueniuntur et exemplis / Quorum est istud. suscitabuntur mortui et ipse in posse / Quorum est istud. Et resurgent qui in sepulcris sunt / istud describitur ysa. xxvi. secundum aliam literam / Et in alio loco multi dormientium de terre puluere consurgent / Et istud scribitur dan. xii. Tunc dicit beda / quaeritur itaque quid est quod dominus noluit hoc proferre testimonium quod videtur ambiguum uel non satis esse ad rem pertinentem veritatem. Et tunc soluit dicens / supra diximus quod saduceos nec angelos nec spiritum nec resurrectionem corporum confitentes / athanium quoque initium predicare / hii quinque tantum libros moysi recipiebant / prophetarum vaticinia respuentes / Stultum quoque erat inde proferre testimonium cuius auctoritatem non sequebantur / porro ad eternitatem animarum probandam de libris quos ipsi recipiebant profert testimonium dicens. Ego sum deus abraham etc. vt cum probauerit animas permanere post mortem neque enim fieri poterat ut eorum esset deus qui nequaquam subsisterent / qui introduceretur et corporum resurrectio que cum animabus bona mala vel gesserunt

Et accessit vnus de scribis etc. hec est pars accidentalis superius diuisa Quia audierat quod xpistus confutauerat phariseos et saduceos Vnde Matheus dicit quod temptando iste accessit ad ihesum quod bene accessit. quod audierat eos conquirentes et uidens quod bene

[illegible]

illis respondit / interrogauit ihm quod esset primum omnium mandatum / ihesus autem vidit quod primum omnium mandatum est / audi israel dominus deus tuus vnus est et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua / Nondum est hic pe ... in diuisis libris ista mandata diuerse ordinant deu. vj ponitur istud primum audi etc. et bene quia primum dignitate et racione Etiam quia in prima thabula moysi vbi scripta tria mandata affirmatiua que pertinent ad dileccionem dei istud erat primum / et secundo illud diliges etc. et bene fuerunt simul posita / quia primum pertinet ad fidem / secundum ad caritatem / et quia fides sine caritate nichil esse vt patet prima cor. xiij. Ideo bene ... attendens ad quorum posuit illa duo simul sicut apostolus dicebat ad gal. v° In xpo ihu neque circumcisio aliquid valet sed fides que per dileccionem operatur / Ista duo precepta sunt duo vbera de quibus vberibus lactis dileccione emanat de quibus dicitur cant. iiij. vij beda in glo. primum ergo et maximum mandatum est cognicio atque confessio diuine vnitatis cum execucione bone operis / bona autem operacio in dileccione dei et proximi perficitur quod breuiter aliis verbis commendat apostolus d. in xpo etc. est ut supra / Sed de isto precepto diliges dominum deum tuum etc. est aliquantulum dubium quia sic videtur quod homo hic in via possit deum diligere perfecte quia sic diligere ex toto corde etc. est diligere perfecte Cuius oppositum tamen videtur velle apostolus prima cor. xiij. vbi dicit cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est sicut ibidem dicitur / nunc cognosco ex parte etc. ergo non possumus hic habere perfectam dileccionem sicut nec perfectam cognicionem / Etiam Augustinus lxxxiij questionum q. xxxvj dicit perfeccio caritatis est nulla cupiditas sed in via hic de lege qui non possumus esse sine aliqua cupiditate que quidem ex quo est alicuius rei quam dei minuit de amore dei / ergo perfecte hic in mundo deus a nobis diligi non potest / Unde hic secundum philosophum perfectum est cui nichil deest / simpliciter de hoc quod hic ...

Sz igitur actus diligendi perfectus est qui sit que hic sit. Ideo est sciendum quod si nos attendamus ex parte obiecti diligibilis qui est ipse deus tunc sit intrinsice diligibilis in infinitum quia est infinite bonus intensive sic a nullo potest intensive in infinitum diligi nisi a seipso cum creatura non possit aliquem actum elicere infinitum intensive et etiam simpliciter et perfecte anima non potest ferri in obiectum suum hic in via sicut totum conatum sue voluntatis et virtutis quia corpus quod corrumpitur aggravat animam. Sz si loquamur de modo diligendi deum secundum statum vie et de modo congruitatis sibi debito hic in via potest deum diligere perfecte sicut dicit crisostomus martirium amore dei iuxta illud quod dicit salvator Joh. xv. Maiorem caritatem nemo habet i. hic non potest quam ut animam suam ponat pro amicis suis sc. pro deo suscipe hic in via et hoc est quod fecit in deum super omnia et propter se et hoc diliget deum ex toto corde et ex tota anima. Nec [illegible] quod opposito contingit quia aliud est pro statu vie de cognitione et dilectione quia in patria erit cognitio intuitiva hic est per speculum et in enigmate. Et ideo in patria erit maior cognitio et maior dilectio. Sz hic in via est maior dilectio quam cognitio quia per fidem speramus plus quam cognoscamus et ideo illa per fidem promissa diligimus et ferimur in eum quia magis ascendit dilectio quam cognitio. Moraliter sancti doctores exponunt istud preceptum Diliges deum ex toto corde tuo ex tota anima ex tota mente tua diversimode

Ex toto corde tuo i. ex devotione quo ad virgines
Et tota anima i. fide quo ad confessores
Ex tota mente i. dilectione quo ad martires
Ex toto corde diliges sapienter — Ber
Ex tota anima diliges fideliter
Ex tota mente diliges perseveranter
Ex toto corde i. intellectu sine errore — aug.
Ex tota anima tua i. voluntate sine inquietate
Ex tota mente i. memoria sine oblivione

Ex toto corde ut oēs cogitacōes tuas in deū referas
Ex tota aīa ut oīns affectiones in deum h'eas
Ex tota mēte ut oīa opa tua ad deum referas.
Attende qualr omnes vires aīe enūnauit est enī
vītus aīe aīal' quā expedit in dicendo. ex tota aīa
ad quam ptinet ira et desiderium qr omī tribuit volū
ta amori | Est et alia vis aīe que dicitur nālis ad quā
ptinet augmenta et nutrimenta Et ista est danda domino
quam exprimit Ex toto corde tuo | Est etiā alia vis
naturalis ronalis quam mentē vocat que tota
est deo dedicanda. Et ideo dicit ex tota mēte tua
Scdm aut' simile est huic Diliges pximū tuū
sicut teipm Istud mandatum videtur equipolere
isti prīo pcepto. non facias alii quod tibi non
vis fi'. quod quidē prīum est pīmo prium immutē illi
tuum et positivo. Thō9 hoc pceptum exponit qr
qui diligit deum diligit facturā suā inter factu
ras dei. homo magīā scdm dignitatem quia pticeps
est glīa dei Et ista duo pcepta de dilectione dei
et pximi bene annectuntur Sz de hoc qr dr dili
ges pximū sicut teipm videtur inquenies quia
plus tenem diligere nosmetipos quā quodcūqz
aliud preter deum. Nam phūs. ix ethī dicit qr
amicabilia que sunt ad altm veniunt ex amicabi
libus que sunt ad seipm. Sz hoc fit naturaliter
et iuste. ergo debemus nosm plus dilige' qz pro
ximuz Item phūs ubi supra dicit co° uno° qr
studiosius magis delectatur sibi et cōdolet in
malis. Sz tū magis delectamur in bonis et mag'
cōdolemus in malis magis amamus igitur homo
bonus magis diligit seipm pximū Sz cōtra. p° cor
xiii dicit' qr caritas non querit que sua sunt
Sz illum magis diligimus cui' bonū magis qrim9
ergo ex caritate magis homo dz dilige' pximū qz se
Rn° dico qr in homine sunt duo natura spūal'
et natura corpalis | homo dz dilige' se et bene
qn diligit se scdm natm spūalem. s. aīam que est

capax beatitudinis et secundum istam racionem homo debet se magis diligere quam quodcumque aliud post deum proximus
autem diligitur quia est particeps societatis in isto bono. Et sic societas est causa dilectionis secundum quandam
unionem ad deum. Et quia unitas est potior quam
unio ideo homo eo quod ipse participat bonum divinum
habet potiorem racionem diligendi se quam diligendi proximum
pro eo quod est socius in illa participacione et sic homo ex
caritate debet magis diligere se quam proximum. Et signum
est quod homo non debet subire aliquod malum peccati
quod contrariatur participacioni beatitudinis ut proximum liberet
a peccato. Nec racio valet qua dicitur quod caritas non querit
que sua sunt. Augustinus libro de regula clericorum quod
intelligendum est quod caritas bonum commune anteponit
quam proprium bonum et istud est commutabile omni bono quod
bonum quod est maius et magis diligibile ut patet in primo
ethicorum. Tamen ut dicunt quidam magis debemus diligere
salutem anime proximi quam corpus quod est capax beatitudinis per se.
Et ita videtur velle Augustinus in primo de doctrina christiana
Sed de hoc non plus mencio ad propositum. Et ait ille
scriba: bene magister in veritate dixisti quia unus est deus
et non alius preter eum. Et ut diligatur ex toto
corde et ex toto intellectu et ex tota anima et ex tota for-
titudine, et diligere proximum maius est omnibus ho-
locaustomatibus et sacrificiis. Beda in quarto super
parabolas hic dicit sic: Ostendit ex hac confessione scribe
gravem inter scribas et phariseos quaestionem esse
versatam quod esset mandatum primum sive maximum
legis divine. Quibusdam videlicet hostias et sacri-
ficia laudantibus, aliis autem maiorem auctoritatem fidei
et dilectionis opera preferentibus. Eo quod plures patrum
ante legem ab omni victimarum et sacrificiorum
consuetudine ex fide tamen que per dilectionem operatur
placerent deo. Simulque apud deum locum habentur
nemo autem unquam absque fide et dilectione per ho-
locausta solum et sacrificia deo placuisse inveni-

In qua sma scriba iste etiã finsse declaratur Quãtum ad hoc qd ipse dicat qd ista dilectio dei et proximi est ~~maius~~ / etc. sciendum sicut dicit saluator ex istis duobus mandatis tota lex pendet et prophete quia ut dicit apostolus Ro. xiii. plenitudo legis est dilectio Nam ista dilectio est

In intellectus illustracione	De primo dicitur p. Joh.
In affectus inflamacione	iiii. Diligamus nos
In perfectus augmentacione	invicem quia cari
In peccati destructione	tas ex deo est / et
In vite condonatione	ideo quia illuminat
In virtutum confirmacione	illum intellectum dicitur
In gracie impetracione	sapie. vi. Diligite
In glorie recepcione	lumine sapientie / De ii

dicitur. luc. xii. Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat ignem. s. diuini amoris qui iam ardet in cordibus nostris / De iii. Ro. xiii. plenitudo legis est dilectio / De iiii. p. pe. iiii. Caritas operit multitudinem peccatorum Et ad Ro. xii Dilectio malum non operatur / De v. p. Joh. iii. Qui non diligit manet in morte ergo per oppositum Qui diligit habet vitam / De vi. patet quia sine dilectione omnis virtus languet quantum ad meritum Ideo ad Ro. viii. Diligentibus omnia cooperantur in bonum p. Joh. ii. Qui diligit fratrem suum in lumine manet ergo non lumine ~~in~~ dei / De viii. dicitur Jo. xiv. Siquis diligit me etc. Et ysa. lxiii. In dilectione sua ipse saluabit nos / Qui voluit videre causas quare nos debemus invicem diligere videat in lectura mea super ad Thim. Et ibi videbit multa pulcriora de ista materia Ihesus autem videns quod ~~bene~~ // respondisset ~~deum~~ ut non ~~ex~~ longe // a regno dei // Secunda monet quomodo in quo suo cum Mathus dicat quod scriba iste fuit legis doctor ut ipse appellat eum temptans deum de primo mandato sine maximo interrogauerit quem secundum Marcum dominus dicat non longe esse asseruat

tum scriptum sit quod sapientia longe sit omnibus qui
temptant illam ut dicitur Sapie. ix° Et alia scrip
tura dicit In simplicitate cordis querite illum quoniam
invenitur ab hiis qui non temptant illum et solum
sic augustinus solvit in doctor [illegible] Dicam forte quia
temptaturus quid dominum adiecit [illegible] audito eius
[illegible] conversus ad pietatis gratiam rediens et quod prius
temptando despiciendum crediderit post modum am
plectendo sequendum esse cognovit Aut exceptatorum
non [illegible] malum tamquam [illegible] nolentem
[illegible] tamen potius [illegible] tamquam amplius vole
tis [illegible] quia non frustra scriptum est qui facile
credit levis corde [illegible] etc. xix. Et nemo
audebat tam eum interrogare [illegible] quia in sermonibus
[illegible] ultra non interrogavit. [illegible] apertissime com
prehensum zone tradunt [illegible] ex quo intelligimus ve
na [illegible] posse quid [illegible] difficile quiescere
et sic sit dictum de ista parte.

Docens

Tricdens Jhesus docebat in templo dicens
Iste ponitur scribarum confutatio et sic disci
pulorum instructio ibi et sedens etc. Ad
evidenciam littere est sciendum sicut diffuse tractat beda
in quinto quod scribe et legis doctores credebant Christum
venturum quem expectabant et messiam vocabant tamen
credebant esse purum hominem de genere david et esse
unum sanctum hominem et ideo salvator de scripturis
ipsius david eos confutat ostendens quod ille qui ven
turus erat esset filius dei licet quantum ad humanitatem
sit de tribu david unde querit ab eis quo ergo dicunt
scribe Christum filium david esse ipse enim dicebat in
spiritu sancto dixit dominus domino meo sede a dextris
meis. Notandum quod in hoc ipse repetit. dominus dixit do
mino ipse exprimit distinctionem personarum in divinis
videlicet patris et filii quia de patre est unum dicere quod sit dominus
et de spiritu sancto quod sit dominus et tamen non tres domini sed
unus est dominus quia licet sint tres persone distincte
penes relationes originis et notiones [illegible]

~~tamen~~ zone vnitatis essencie Et quia actiones
dei sunt indiuise ad extra quia omnia opera ad extra
que dicuntur fieri a deo fiunt a tota trinitate et sic
pater dicitur dominus et filius dominus et tamen est unus
dominus Vnde sciendum quod ipse dicitur dominus ratione multiplici

mundi creacione — De primo dicitur in psalmo Venite
mundi conseruacione — exultemus domino | Sequitur
mundi gubernacione — quoniam ipsius est mare et ipse
mundi redempcione — fecit illud etc. | De secundo dicitur
mundi iudicacione — Judith ix Domine omnia
mundi ministracione — in tua prouidencia posui

sti. Sed Et dominus est nomen tibi De iiiᵒ in psalmo Domini
est terra et plenitudo eius etc. De iiiiᵒ dicitur saluator
Joh. xiii Vos vocatis me domine et magister et bene di
citis. sum etenim. De vᵒ ysa. xxxiii Dominus iudex
noster. primo cor. iiiiᵒ qui iudicat me dominus est | De
viᵒ dicitur ysa. lxv Tunc erit dominus in lucem
sempiternam Sed queritur dicitur dominus magis sedere
a dextris quam stare | tamen stephanus Act. vii dicebat
quod uidebat eum stantem a dextris dei | Respondeo quod sedere
dicimur et non stare

Iudicantes — primum patet quia iudicis est sedere
presidentes — et ideo dicitur mal. iiiᵒ quod dominus
docentes — in iudicio sedebat conflans et
residentes — mundans argentum .i. separabit

bonos a malis Et math. xxv Cum venit filius
hominis et sedebit in sede maiestatis sue etc. Secundum
patet quod ipse sedet ut dominus ordinans vniuersa Dan. vii
Antiquus dierum sedit etc. Et ysa. Vidi dominum se
dentem super solium excelsum etc. Et i xi metha[ph]isic[e]
in principio dicitur cum sedere ducere et vulgi stare
corona | Tertium patet quia istud est proprie magistri se
dere et docere vnde de xᵒ de Christo vᵒ quod ipse sedebat
docens Quartum patet quia sedendo homo quiescit
ysa. xxxii Sedebit populus in pulcritudine pacis et in requie
opulenta Et quia dominus est iudex et dominus doctor

[illegible marginal notes]

et lxx. Chelius dicitur sedere quam stare. quid de stepho dicitur quod vidit dominum stare. Dominum quod loquebatur secundum statum in quo erat. ipse erat in agone et ideo volebat quod iuvabatur a domino. Modo pugnantis vel defendentis proprie est stare. Ideo ipse vidit et ipse dicebat ipsum stare. quia paratum eum iuvare. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quia a patre subicitur illi inimici non infirmitatem .i. humanitatem filii sed unitatem nature quia aliud in altero operatur significat. Nam et filius subicit inimicos patri. quia patrem clarificat super terram. Quia subicit inimicos .i. peccatores qui inimici dicuntur iuxta illud Inimici facti sunt mihi. Et istos destruet deus pater per filium in finali iudicio iuxta illud i. cor. xv. Illum oportet regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius. Vel in bono intellectu quod inimici dicti qui xpo inimici esse dicuntur subiciat ad fidem convertendo ut credant in obediam. Et sequitur ipse ergo David dicit eum dominum. unde quia est filius eius. Beda dicit et bene quia ista questio nobis prestat usque hodie contra Iudeos. Interrogemus igitur eos docti a domino si simplex est ut ipsi credunt et tamen filius David quomodo vocet enim David filium dominum suum in spiritu sancto. Non autem reprehendimur quia David filium dicimus sed quia dei filium esse non credimus. Et multa turba libenter eum audiebat. Nec mirum dicit Crisostomus quia ut bonus doctor docebat veritatem humilitatem bone statum sanctitatem et ideo erat audiendus iuxta illud Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud ut dicitur luce xi°. Et dicebat eis in doctrina sua. Hic ponitur discipulorum instructio. Et primo ad sectandum humilitatem. Secundo ad elemosinandum largitatem. Secunda ibi. Et sedens iuxta gazophilacium. Dicitur primo quod in doctrina sua dicebat. Qualis erat doctrina .i. super doctrina sua dicebat. Qualis erat doctrina eius non de terra fuit dicitur. erat enim doctrina eius non de terra quia qui de terra est de terra loquitur ut dicitur Io. iii°. Erat de sursum descendens a patre luminum. de qua bene dicitur Iac. iii. que de sursum est sap

[illegible marginal notes]

Primum quod pudica est deinde pacifica / modesta / suadibilis / bonis consentiens / plena misericordia et fructibus bonis / et indicite vii virtutes ad quas faciendum et sequendum doctrina Christi monebat et docebat videlicet

Ad luxurie detestacionem / quia pudica
Ad iracundie compressionem quia pacifica
Ad temperantie amplexionem quia modesta
Ad scientie acquisitionem quia suadibilis
Ad obedientie inclinationem quia bonis consentiens
Ad elemosine largitionem quia plena misericordia
Ad gratie et glorie adeptionem quia fructibus bonis

Et huius glossa xviii moralium capitulo xxxi dicit quod doctrina sapientie qualis scilicet erat doctrina Christi pre...

Hec pulcra est et pura veritate conspicua nec ad se per fallaciam pretendit extrinsecus et aliud servat intrinsecus nec pulcre in vanis videri appetit nitore sermonis sed integritate vitans. Et ideo bene dicit apostolus prima ad Thimotheum vi: Si quis autem aliter docet et non acquiescit sermonibus sanis sermonibus domini nostri Ihesu Christi et ei que secundum pietatem est doctrine superbus est et nichil sciens. Cavete a scribis qui volunt in stolis ambulare. Ad evidenciam littere est primo notandum quod in sacra scriptura stola sub multiplici signo accipitur in

habitu honestatis / Si accipitur primo modo tunc prius
Amictu dignitatis / est ornatus mulieris scilicet pa-
Vestitu venustatis / nus lineus quo ratione hone-
Actu sanctitatis / statis velabant caput suum
Effectu felicitatis / et dicitur a stolon quod est missio

quia superemittitur ab uno humero ad aliud humerum vel supra ~~corpus~~ incipit et per corpus. Ita dicit Ysidorus ethimologiarum xix sicut adhuc fit in pluribus locis. Si accipiatur pro amictu dignitatis tunc accipitur ephot lineo quod erat primus sericus / et dicebatur pallium super humerale auro contextum habens lapides preciosos auro conclusos. Ita dicit Rabanus super Josue. i dici po... Machabeorum x. Induit se Jonathas stola sancta et de hoc in ecclesiastico xlv satis habetur. Si accipiatur pro venustatis et honoris tunc dicebatur vestis sacerdotalis

Stola

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

stricta descendens usque que alienum in scriptura vocatur poderis alii stola. Unde primo paral. xv°. de quo david indutus stola bissina et omnes levite qui portabant archam etc. Si accipit pro actu felicitatis tunc mistice dicitur status virtuosus sicut de iuda filio Iacob dicebatur ipse Gen. xlix. lavabit in vino stolam suam etc. Et ecclesiastici l. ubi dicitur in accipiendo ipsum stolam et vestiri in consummatore virtutis. Si accipiatur pro effectu et ornatu felicitatis tunc allegorice status gratie dicitur stola prima sicut luce xv°. dicitur de filio revertente ad patrem et penitente cui pater dixit date illi stolam primam. stolam. scilicet innocentie gratiam allegorice. Si accipitur pro stola sua tunc est status glorie sicut de martiribus dicitur apo. vii. qui laverunt stolas et dealbaverunt in sanguine agni. Unde et angelus apparuit post resurrectionem coopertus stola candida ut dicitur mar. xvi. in quo signatur gloria. Modo in proposito accipitur pro amictu dignitatis qui dicitur cattete etc. quia scribe isti qui erant doctores legis volebant portare stolas preciosiores et preciosiores aliis et istud veniebat ex fastu et superbia. Unde dicit Beda in quarto suo ambulare in stolis candidioribus et indutos procedere ad publicum signat superbiam in quo inter cetera dives ille qui induebatur purpura et bisso peccasse dicitur. Circa quod et que committitur peccatum in superfluo ornatu in lectura mea super ad tytum diffusius pertractavi. Secundo volunt salutari in foro in signum honoris ut appareant virtuosi quia secundum philosophum primo ethicorum xii°. honor est signum boni factive operationis quia ut dicitur ibidem xxvii omnis qui honoratur et ei applauditur fit fantasia quod sit talis et custodi studiosus. Et ideo ut dicitur primo ethicorum vi videntur homines honorem querere ut credant seipsos bonos esse. Querunt igitur a prudentibus honorari et apud eos a quibus noscuntur et in virtute. Sic et ex arrogantia isti scribe volebant salutari in foro primum capitulum et ordine altiori voce et inclinato capite. Et in primis cathedris

[illegible]

sedere in synagogis / et primos discubitus in cenis

Beda in quinto suo dicit quod xpus non vetat accipere salutationes in foro / nec sedere primum in synagogis etc. hys quibus racione status / ex ordine de iure et consuetudine competit / sed eos qui indebite amant sibi ab aliis haberi quibus non sunt digni / docens eos cavendos qui improbos / et se etiam videlicet non gradum iusta redarguens distinctione / quamvis et culpa non careat si idem in foro litibus intersit qui in cathedra magistri cupiunt appellari / Duplici sane racione [illegible] cupiositate cere iubemur / ne scilicet eorum s. honoratum nos adsulacione seducamur estimantes bona esse que facimus vel emulacione inflamemur et frustra gaudentes in bonis laudari que simulant / Et etiam notandum quod multiplex cathedra invenitur in scriptura videlicet

Cathedra

Discrecionis — Veneracionis — Ambicionis — Iniquitatis

1. In prima et bene sedent boni doctores quod in ps. In cathedra seniorum laudent eum .i. prudentium / quorum os attendere expositionem et sermones cum ciacionibus ut dicit philosophus vi ethicorum / Item in ii Regum xxiii dicitur quod david sedet in cathedra sapientissimus

2. In secunda cathedra sedent divites et potentes de qua in prima Regum dicitur Rex sedet in cathedra secundum consuetudinem et Job xxix Dicebat qui in platea parabant mihi cathedram

3. In tercia sedent ypocrite et superbi qui presunt et non prosunt de quibus luc. xi Ve vobis qui diligitis primas cathedras in synagogis videlicet ex ambicione

4. In quarta sedent pravi iudices et ideo de bono iudice dicitur quod in cathedra pestilencie non sedit / Modo in proposito scribe appetebant sedere in cathedris veneracionis ex ambicione / Qui devorant domos viduarum / sub obtentu prolixe oracionis / Beda in quarto suo dicit scilicet sunt enim qui se iustos simulantes a peccatoribus suorum consciencias turbantes / quod pro omni pro eis iudicio futuri pertinacias accipere non formidant / et cum porrectis manibus pauperi minuunt .i. pecuniam tollant

Cum [illegible] porrectis manibus ad [illegible] collecta ad accipiendum [illegible] quibus [illegible] [illegible] fiat in [illegible]

[illegible]

[illegible]

Unde Ieronimus supra illud ad Tytum primo non turpis
lucri cupidum. dicit. sunt enim multi doctores qui
non ob turpis lucri gratiam qui domos subvertunt
et putant questum esse pietatem / et in vultu
simulare se bonum ut turpis lucri gratia peccunias ma
liciose extorqueant. Quantus simulacio est / ymo ut dicit
Bernhardus duplex iniquitas / quia iniquitas et simulacio
/ sicut fuerunt ypocrite ficti qui erant in ecclesie usque
in anxiulis prolixe ut sub illa simulacione ab hominibus
qui vident eos et credunt oraciones eorum esse
ex devocione possint peccunias extorquere / ut etiam
sunt aliqui qui promittunt dicere unum psalterium
vel multas oraciones pro xii denariis vel ut sunt illi
qui simplices mulieres viduas aut beginnas sub
simulacione sanctitatis decipiunt et sic eorum domos di
ruunt a salvatore et inito devorare. Sed de hoc
quod dicit sub obtentu prolixe orationis quia ex hoc videtur
quod oracio debet esse diuturna et prolixa. quod probatur per id
luce xviii quod debemus continue orare et non deffi
cere. Et per apostolum ad thessalonicenses v° sine intermissione orare.
Contra tamen est illud Mathei vi. Cum oratis nolite
multum loqui sicut ethnici faciunt. Item desiderium
videtur esse sanctius quam restringitur ad pauca. unde
illud psalmi xxvi. a domino hanc requiram. Item in
oracione dominica datur nobis forma et terminus orandi
sed oracio dominica. sicut patet videre est brevis non prolixa
ergo oracio nostra debet esse brevis et non prolixa. Dicendum
dico quod causa orandi est caritas / quia in caritate debet
semper oracio fieri / Et quia semper debemus esse in
caritate et desiderio ad deum et in fide spe et cari
tate omnia ad gloriam dei agere. ideo secundum istud
dicimur continue orare ita dicit Augustinus ad probam
que querebat ab Augustino hanc questionem. Unde dicit in
ipsa fide spe et caritate continuato desiderio semper
oramus. Si autem loquamur de oracione in se accepta
ut est oracio vocalis que non potest continuari semper
ut patet experiencia. ymo certis horis et temporibus debemus

orare et p(ro)fecta intervalla quiescere Et tunc o(rati)o non d(ebe)t
esse multum prolixa ne affectus fatigetur et devo(ci)o
refrigescat quia multiloquium gravat aliq(ua)n(d)o et sic
refert q(uod) sermo sit multus. s(ed) diuturnus affectus
Unde Aug(ustinus) ad p(ro)bam absit ab oracione multa
locucio s(ed) non desit fervens et continua intencio
et sic solvuntur raciones utriusq(ue) partis p(rim)a arguit
de continua intencione et desiderio ad deum 2a
de ordine que sit in verbis que d(ebe)t esse brevius tum
continuari non possit. De hijs autem qui similiter prolixius
orant ad decipiendum viduas sicut dicit hic Beda in
glo(sa) sua verificatur illud ps. Cum iudicatur exeat co(n)-
dempnatus et oracio eius fiat in peccatum. Et ideo dicit
salvator hic q(uod) ipsi accipiant prolixius iudicium prolixius
i(d est) gravius q(uam) ceteri iudei s(ecundu)m glo(sam) vel prolixius
i(d est) eternum vel prolixius i(d est) iustius et verius. S(ed) q(ui)a
iudicium est multiplex in scriptura sic q(uod) unum nec
actus pro uno potest bene accipi pro alio. Ideo
inquirendum de quo iudicio loquitur salvator
hic quia est iudicium divine

ordinacionis et presciencie
approbacionis et concordie
discussionis et consciencie
determinacionis et sentencie

Iudicio ordinacionis
divine et prescie(nci)e
iudicatur quot-
tidie boni et mali
q(uia) statim q(uod) homo peccat
mortaliter iudicatus est ad mortem q(uam)cito homo
redit ad statum gracie ordinatur ad vitam sub co(n)-
dicione tamen si moriatur in statu illo. Et ideo dicitur
Joh. xij. Qui facit peccatum iam iudicatus est. Joh.
vj. dicitur Qui digne suscipit corpus domini
in iudicium non venit s(ed) transit de morte ad vitam
Et illud ps. Non resurgunt impij in iudicio i(d est)
iam ordinatur iudicio ordinacionis divine q(uod) ha-
beant vitam s(cilicet) boni impij autem habeant mortem Et in
p(er) hoc q(uo)d iam aliqui heretici et obstinate negaverunt
iudicium determinacionis finalis q(uod) nolunt mori
in ista fide Iudicio approbacionis iudicabuntur sancti nacionis

hy accipiunt
prolixius
iudicium

et dominabuntur populis ut dicitur Sap. iii. Unde Matth. xx. dicitur Vos qui secuti estis me etc. sequitur sedebitis super sedes xii. iudicantes etc. Secundo quia iudicium domini iustum approbabunt iudicio discussionis. Tertio probacionis iusti hic in mundo dicuntur iudicari id est probari sicut Job dicebat x^o ca^o iudica michi cur me ita iudices sicut aurum et argentum probatum per ignem iudicatur bonum quod non. Sic homines per probacionem temptacionis iudicantur. Quarto prolongatur bonum aut non omni genere iudicio dei iusto veniunt malis mala et bonis bona et econtrario. Unde Sap. xvi. Magna enim iudicia tua domine etc. Quinto iudicio retribucionis et sine et finali iudicio iudicabuntur boni et mali quoniam in iudicio adducet deus pro omni errato sive bonum sive malum ut dicitur Eccles. in fine. Ideo dicitur Act. xvii. Deus annunciat hominibus ut omnes ubique penitenciam agant eo quod statuit diem in qua iudicaturus est orbem in equitate. Ideo littera intelligit de iudicio retribucionis et finalis sine in quo plurimum iudicium sustinebunt arrogantes et superbi ut erant scribe illi

Et sedens Ihesus contra gazophilacium etc. Hec est ultima particula in qua Ihesus discipulos instruit ad oblacionem et elemosinam dandam et hic Christus commendat pauperis vidue devocionem et providenciam. Circa litteram est primo videndum quod est gazophilacium. Unde sciendum secundum Bedam et Papiam dicit idem quod gazophilacium dicitur archa vel locus in quo ponebatur thezauri aut pecunia ad servandum. Dicitur a gaza quod est pecunia et philare quod est servare et est grecum. Unde dicit Beda quod eciam hoc nomine appellabant archam in qua donaria ipsi congregabantur ad usus templi necessarios. iiii. Reg. xii dicitur Et tulit Ioiadas pontifex gazophilacium unum aperuitque foramen desuper et posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientibus domum domini mittebantque sacerdotes in eo qui custodiebant hostia omnem pecuniam que deferebatur ad templum domini

Hystoriarum ...

Hystoriarum ectam vot illud archam no est ubi Adi gazophilu sedens ihus aspiciebat quo turba iactaret es in gazophilacium Et multi divites iactabat multa tarct in gazophi ... Et multi divites iactabat multa
vnde notandum est hic q sacerdotes qui erat tunc
compellebant venientes ad templum ad aliquid
offerendum / et dicebant q illi qui plus offerebat
plus habebant de merito quod est falsum Quia quantitas
meriti non accipitur secundum quantitatem doni absolute sed
per comparationem ad facultatem dantis et promptitudinem
sive voluntatis aut devocionis / Et de opinione sacerdotum
sunt illi qui querunt aut predicant indulgencias
in ecclesiis / Sed statim iuxta literam queri potest si tunc
poterant fieri oblaciones de omnibus rebus licite possessis et etiam utrum nunc possit fieri Et videtur q non
Sed in iura humana meretrix in hoc q est meretrix
turpiter facit non tamen turpiter accipit et ita licite
accipit et possidet sed non licet de hoc facere oblacionem
nec licebat tunc ut dicitur Deut xxiii non auferes
mercedem prostibuli in domo domini dei tui / ergo non
licebat oblaciones facere de omnibus licite possessis
et per quos nec nunc Item ibidem prohibetur q precium canis non offeratur in domo dei sed precium canis
iuste non solum iuste possidetur ergo ut prius In oppositum
videtur quod dicitur prov iii honora dominum de tua
substancia / Ad dominum enim habitus pertinet quicquid iuste possidetur ergo de omnibus iuste possessis potest fieri oblacio
Et dico q sicut dicitur eccl xxxiiii immolantis ex
iniquo oblacio est maculata / Unde patet q de iniuste
acquisitis nec tunc nec nunc vel oblacio facta Est
tamen sciendum q in antiqua lege in qua figurate significabatur quedam propter significationem reputabantur immunda
que offerre non licebat Et ideo in veteri lege omnes creatura dei non immunda et licite possessa deo debebat
offerri Sed quia in nova lege omnis creatura dei reputatur munda / Ad tytum primo / omnia munda sunt mundis
ideo quantum est de se de omni re licite possessa potest
oblacio fieri nisi in casu aliquo non liceret ut si aliud

offerret deo illud / vnde presbiter simplex debet punire quia id
[Margin notes:] Ex hic traduntur consilium sedere ... [illegible] ... ad declaracionem ... xpi ad retribucionem ... vnguenti nardi spicati preciosi ... fracto alabastro effudit super caput eius ... Johannes ... [illegible]

Vnxit autem caput secundum matheum et marcum caput ... [illegible] ... pedes ... [illegible] ... vnxit caput ... aliquid in capite ... [illegible] ... vnxit et pedes.

Passionem ... [illegible] ... Maria in Bethania in domo ... Symonis leprosi ... [illegible] ... leprosus ... [illegible] ... apparuit ... [illegible] ... Matheus ad pristinum ... publicanum appellat.

Et dicitur tenens alabastrum sm augustinum in historia
ewe dicitur pixis ex alabastro qui dicitur gallice
alabastre est enim lapis candidus p(er)fusus variis
coloribus distinctus et seruat vnguenta incorrupta
longo tempore et istud ipse accepit a beda et ab ysid(oro)
xvi ethim(ologiarum) qui h(ic) dicitur Et dicit nardi etc. est
autem sm ysid(orum) ethim(ologiarum) xvii herba spicosa aromati
ca fragili radice sed mirra folijs densa quorum
summitates exurgunt in spicas et ideo apponuntur
radices et spice et confectione multum redolet que
vt dicit beda physiologi ferunt quod principalior sit
vnguentis / et ideo maria accepit illud / Sed quare
dicitur pisticum hugucio dicit quod pistis grece d(icitur)
fides latine aut fidele Et ideo dicitur pysticum
quasi fidele purum sine omni impostura vel decep
cione vel adulteratum aut mixtum / Sed quo fregit
alabastrum glo(sa) dicit apperuit et primo vnxit caput
dauid / et post de hoc quod remansit pedes et ideo
sm matheum domus impleta est ex odore vnguenti
Moraliter sciendum quod multiplex vnguentum inuenitur in scriptura s(cilicet)

- xpianitatis
- dignitatis
- potestatis
- infirmitatis
- moralitatis

Primum vnguentum est quo vngi
mur in baptismo s(cilicet) oleo cris
matis cum intramus campum istius
mundi vt pugiles ad pugnandum
de quo ii cor(inthios) i qui vnxit nos etc.
sicsiunt nos in baptismo s(cilicet) vt xpiani nominamur
et simus / Secundum est vnguentum quo vnguntur sacer
dotes et prelati de quo exo(di) xxx facies oleum
vnctionis sm compositum opere vnguentary s(cilicet) vn
ges aaron et filios eius et istud est bene dignitatis
Tercium est quo vnguntur reges primo par(alipomenon) xxx
vnxerunt salomonem filium dauid et regem s(cilicet) et
principem et istud est potestatis De iiii(or) quod est in
firmitatis quia in extrema vnctione infirmi
oleo infirmorum vnguntur Iuxta illud Jac(obi) v Si
quis infirmatur ex vobis inducant presbiteros
qui orent pro eo vngentes eum oleo etc. De v
quinto moralitas est duplex / quia vnum est odoriferum

1 xpianit(atis)

2 dignit(atis)

3 potest(atis)

4 infirmit(atis)

5 moralit(atis)

et suauissimum Aliud est pestiferum et fetidissimum
primum diuiditur / quia est vngentum
Misericordie — De primo vngento dicit Crisos-
Caritatis — tomus in capite ieiunii Si
Penitencie — tiente in pota esurientem ciba
Sciencie — algentem vesti et sic vnges
Leticie — oleo precioso caput tuum s.
Gracie — Christum istud est vngentum in capite
Et glorie — quod descendit in barbam aaron
vt dicitur in psalmo De secundo patet quod est amor et
caritas vt dicitur prima Joh. iiii° Et cum dicit primo
ibidem iii. v°. istud vngentum est optimum de quo
Cant. j. Vngentum effusum est nomen tuum
quia nutrit frigida flectit rigida fouet mor-
bida rigat rigida Unde petebat anima sancta
Can. j. trahe me post te curremus in odore
vngentorum tuorum Tertium est penitencie de quo
Ber. super Cant. s. x. est vngentum quod conficit sibi
anima multis irretita criminibus s. cum incipit
cogitare vias suas congregat conterit colligit
in mortario conscientie multas et varias species
peccatorum et intra estuantis pectoris olla simul coquit
cum penitencie et doloris et illud sic debet plagis rece-
tibus adhibere Mt. vi Cum ieiunaueris vnge
caput tuum etc. Vngentum sciencie vngunt predicato-
res iuxta illud Ysa. lxi Spiritus domini super me
eo quod vnxit me predicare pauperibus misit me
Vngento leticie vngitur mens sancta de quo
bene in capite ieiunii vngentum capitis est
mens deuota de quo vngitur qui spiritualiter de-
lectatur in domino vnde psalmista Vnxit te deus deus
tuus oleo leticie Vngento gracie vnguntur sancti
viri quod vngentum est odoratissimum Cant.
iiii° Odor vngentorum tuorum super omnia aro-
mata Vngento glorie vnguntur beati quia ibi
vngentum mirre incorruptionis aloe delec-
tacionis cum omnibus primis vngentis Cant. iiii°

⁊ flan fuit ar deo · sed fu largi odo ... ⌐ xiii ⁊

Et qm aia sit vngitur nna amicicia · pma et gra
pere tunc domus impleta est ex odore vngenti
est autem et vngentum pestiferum quod est
auaricie — De pmo ecc^a · x · musce morientes
luxurie — pdunt suauitatem vngenti · ps
blandicie — 2 uulgiatum. De secundo dicitur in pas
castrimargie — xpi q posuerunt asa sup lectu
Inuidie — plenu aromatibus et vngenti
superbie — meretricijs De iii^o in ps^o Oleum
peccatoris non impinguet caput meum · i · adula
toris De iiij^o Sap^e v^o vinum et caro non intro
ierunt in os meum neque vngento vnctus sum
De v^o Job · xli ponent eum q vngenta cobu
liunt · i · iracundie De vi^o Isa · lvii · Ornasti te
regio vngento tuo et multiplicasti pigmenta tua
ld^a de superbia tyri · Erat autem quidam indigne fere
tes intra semetipsos dicentes vt q perdicio hec
poterat enim vngentum venundari plus qm ccc^tis
denarijs et dari pauperibus et fremebant in eam
Sicut dicit beda et bene Marcus et Matheus
in psi loquuntur q erant indigne ferentes sed
Johannes plane loquitur q fuit Judas qui hc
dixit / non q ipse cura hret de pauperibus · sed gra
cupiditatis eo q fur esset et loculos hns ea q
mittebantur portaret Dicit tamen beda q intelligi
potest q etiam alij hoc sensimit et q Judas hoc
dixerit psuaserunt / et sic dicta Marci et Ma
thei cum Johne concordari possunt Vn quod
dicitur q fremebant in eam magis de bonis
ac xpm diligentibus ut dicit beda intelligi dz
q solum de Juda licz sub psi h ic dicatur · Et ita
dicit Augus in lio de assp evngtarum q loquitur q
per synodochen vbi ponitur vnus pro multis et ac
thō^s dicit q inquietnes videtur q plures discipli
redarguerunt mulierem eo q plures audierant xpm
de ela docentem / Judas vero non eadem intencione
pindigne tulit sed propter amorem pecunie et turpe
lucrum Vnde et Johnes ipm solum commemorat
tamqm fraudulenta intencione mulierem arguentem ·

Olet d m ungento cbulunt

Pos dispersi pauperibus / Judas ipsi tenuit ... vnguento ... dari pauperibus

[illegible] Christus [illegible] aut [illegible] apostolis [illegible] Cum intenderint [illegible] argumento [illegible] bonum opus

Nota

[I]esus autem dixit sinite eam Quid illi molesti estis. bonum opus operata est in me. Nondum hic quod opus non semper ex opere operato dicitur bonum sed ex intencione operantis, vel racione finis, sicut qui daret propter vanam gloriam aut oraret aut ieiunaret et huiusmodi non propter opus operatum haberet meritum operantis, quia deficit intencio recta et finis debitus. Exemplum de hoc habetis luce xviii° de phariseo qui iactabat se de suis operibus bonis et tamen propter ea non fuit iustificatus. Ideo maria Magdalene faciebat hoc ex bona intencione, quia ad honorem et propter amorem, propter honorem unxit caput, propter amorem unxit pedes, et ex humilitate vel sicut dicit Crisostomus ad pedes eius sanari et distorari, quia creditur quod ipse ibat nudus pedibus, quod probari potest, quia quando misit discipulos ad predicandum inhibuit eis ut nichil tollerent nisi calciamenta, et credendum est quod ipse non precipiebat unum et faciebat oppositum. Et ideo illa opus bonum operabatur. Unde sequitur pauperes enim semper habetis vobiscum et cum volueritis potestis illis benefacere. Me autem non semper habetis. Beda movet hic questionem litteralem. quia post resurrectionem promisit Christus apostolis dicens ecce vobiscum sum usque ad consummacionem seculi et hic loquitur me autem non semper habebitis. Et solvit quod hic loquitur de presencia corporali quia post resurrectionem cum eis non fuit corporaliter in [illegible] corporali et familiaritate. In matheo intelligitur de societate spirituali, scilicet quod semper cum fidelibus suis est in gracia. Et cum eciam quotidie in sacro altaris. Secundo de hoc quod dicitur pauperes etc. Et cum volueritis potestis bene facere. Ergo dare elemosinam pauperibus est voluntarium ergo non cadit sub precepto. Confirmatur quia precepta de dilectione proximi reducuntur ad precepta decalogi sed [illegible] inter illa precepta nichil de dare pauperibus. Ergo dare elemosinam pauperi non cadit sub precepto. Contra [illegible]

Nota

Nota

punitur pena eterna pro omissione alicuius quod non
est in precepto sed aliquis punitur vita eterna pro
omissione dandi elemosinam pauperi ut dicitur Matth.
xxv. Ite maledicti etc. Respondeo ad hoc quod dare elemosinam pau-
peri cadit sub precepto aliqua requiruntur ex parte
dantis et aliud ex parte recipientis / quod autem ille qui
dat est ita tenuis in diviciis quod ultra victum et
vestitum pro se et pro eis quorum curam ei suppe-
bit nil sibi residuum et talis non tenetur elemosinam
facere nec ex precepto nec ex consilio / Aut est me-
diocriter dives sic quod secundum statum suum sufficienter et
cum hoc aliquid residuum / vel forte tenet magnum
statum et facit magnas expensas plus quam congruit
ad statum suum / Et talis debet exhortari et per modum
consilii consiliari / ut de hiis sine quo potest tenere
statum suum congruenter erogaret pauperibus / Aut homo sit
qui multum dives et secundum de residuo ultra ea que
requiruntur ad statum suum et talis tenetur sub pre-
cepto dare elemosinam pauperibus iuxta illud Luce xi.
Quod superest date elemosinam / Ex parte recipientis
requiritur quod habeat necessitatem patitur sic quod sine ele-
mosina sustentari non possit / quia non omnis
necessitas obligat ad preceptum / Et cum dicitur in
ratione prima quod dare est involuntarium dico quod verum est
maxime illi qui ex consilio tenetur ad dandum
sed superflue dives non solum tenetur ex consilio
sed ex precepto / Ad secundam dico quod dilectio proximi
de tenetur ex precepto decalogi / Et qui sed unde
possit sustinere necessitatem pacienti sed non sustinet
racione facit contra preceptum Diliges proximum tuum
etc. sicut plane dicitur prima Joh. iii. Qui sed substanciam
huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere
et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas dei
manet in eo / Quod hec hoc fecit / prevenit un-
gere corpus meum in sepulturam / Amen dico vobis ubi-
cumque fuerit predicatum ~~hoc~~ evangelium ~~in universo~~
mundo ~~[illegible]~~ et quod hoc fecit narrabitur in memoriam
eius / Dicit Crisostomus in scripto suo quod salvator

meum

istud in universo

Nota

in hoc tangit duas prophetias prima de sepultura
eius que cito fieri debebat. Ad quam secundum Marcum
maria magdalene venit summo mane ut ungeret
eum ut habetur post xvi° c°. Secundam propheciam ~~[illegible]~~
tangit quod evangelium eius longe lateque predicabatur
in universo mundo et quod opus mulieris laudabatur.
Beda in glosa suo dicit nota quod sicut maria gloriam
adepta est toto orbe de obsequio quod domino exhi-
buit ita ergo ille qui obsequio illius detrahere
non timuit longe lateque infamatus est. Et deus bonum
laude dignum remunerans futuras nunc contumelias
tacendo preteriit. Et secundum veritatem laude digna
in eius beata maria magdalena debebat commendari
quia in hoc quod hic Christo exhibuit ondit
Signum ardoris devocionem in unctione pedum
Signum honoris veneracionem in unctione capitis
Signum amoris dilectionem in presencia convivancium
Signum valoris oppone quod bonum opus operata est.

Et iudas scariothis unus de xii abiit
ad summos sacerdotes ut proderet ~~[illegible]~~ illis eum
qui audientes gavisi sunt et promiserunt ei pe-
cuniam se daturos. Beda. Infelix iudas dam-
num quod ex effusione unguenti se fecisse crede-
bat voluit magistri precio compensare. Unde nota
quod secundum Matheum ipsi dederunt pro precio xxx denari-
os argenteos quorum quilibet valebat duodecim
vulgares numos usuales et sic valebant ccc de-
narios sicut ipse dixerat de precio unguenti. Est
etiam secundum Crisostomum sciendum quod nomen nominatur iudas
scariothis ad differenciam Iude Thadei qui vocabatur
zelotes sed in hoc quod dicit quod erat de numero duo-
decim auget detestabilitatem proditoris. Unde
Jeronimus. Erat unus ex duodecim non unus inita-
ner alia sed solum nomine. Et in hoc quod ivit ad
sacerdotes patet quia ipsi non invitaverunt eum et
ideo non aliqua necessitate astrictus sed sponte propria
scelerositate mentis inisse consilium unde in vo-
luntate emencium posuit velle dare sicut planius

Quia presentate mulieris in devota obsequia hic subditur impietas discipuli in tradendo malefico

dicit christus quod petyt quantum vultis michi dare et ego
eum vobis tradam. Beda pulcre dicit hic ad
mores reducendo quod qui in ecclesia dei sacra ve-
dunt conferunt et pro pecunia sacra conferunt
deum vendunt quia in sacris contractatur quod divina.
Qui eciam symonie beneficia ecclesiastica propter pe-
cuniam dant aut accipiunt Iude assimulantur qui dice-
bat. Quantum vultis michi dare etc. Istis debet
dici illud Actuum viii pecunia tua tecum sit in per-
dicionem. Ideo dicitur iiii Regum xii. Nolite accipere pecuniam
amplius iuxta ordinem vestrum sed ad admistracionem
templi id est ecclesie reddite eam. Et sequitur. Nam cum
pro muneribus fratrum contra complez testimonium dicitur pro-
fecto quia pro pecunia veritatem negamus. Deum
pecunia vendunt. cum sagictam fraternitatis aliquis
discordie peste comaculant. Deum prodiunt. quia
deus caritas est. Qui ergo caritatis et veritatis
iussa spernunt deum utique qui est caritas et veri-
tas prodiunt. Et querebat quo illum oportune
traderet. Quia timebant si caperent eum publice
ne dissensio fieret in populo. Et ideo querebat eum
tradere secrete. Et prima die azimorum quando pascha
ymolabant. dicunt ei. quo vis eamus et paremus
tibi ut manduces pascha. Notandum est hic ad evi-
denciam litere quod sicut Johannes evangelista narrat Ihesus
ante sex dies passionis sue venit in Ierusalem se-
dens super asinam eo modo quo dictum est supra.
et per illos sex dies continue ipse docebat et
predicabat in templo et in sero redibat in Be-
thaniam in domum Lazari et Marthe. Die autem
Mercurii qui erat feria iiii. venit Iudas Sca-
rioth et vendidit Christum iudeis et de ista die est
controversia inter latinos et grecos propter verba
Johannis evangeliste qui dicit quod ante diem festum
pasche sciens etc. et tenent greci quod illa die
ille fecit cenam cum discipulis suis et lavit
eorum pedes sicut dicit Johannes plane et dicunt
quod illa die comedit agnum et sacrum corporis sui.

[illegible]

[illegible]

tunc instituit Et quia secundum legem iudeorum illa
die ~~comedit agnum~~ utebantur fermentato ~~offer-~~
~~unt~~ quapropter in fermentato consecrant / Et quia ipse
diuisit panem in xiii partes · quia ipse primo acce-
pit Et dedit xii apostolis Ideo ita faciunt greci
et dicunt vere imitari christum / Sed secundum veritatem
credendum est simpliciter quod christus tenuit preceptum
legis · modo lex precipiebat · quod xiiii luna mensis
aprilis · et tunc illa lunacio erat principium agni
eorum esset dies azimorum et debebat agnus
comedi in nocte et in illa nocte comedere fer-
mentatum usque ad cenam ratio est quia dies
illorum incipiebat a vespera iuxta illud Genesis i factum
est vespere et mane dies unus et sic in luna
xiiii in nocte dicebatur prima dies asimorum
quo necesse erat occidi et manducare pascha vt dicit
lucas .i. agnum paschalem · secundum quod preceptum erat
in lege xiiii die ad vesperum pascha domini est et
in xv sollempnitatem celebrabitis altissimo do-
mino et sic patet quod greci errant in modo confi-
ciendi sacramentum / Et ad auctoritatem Johannis dicimus
quod die mercurii christus cum discipulis suis forte
cenauit et lauit pedes eorum et quod solus johannes
narrat et in xiiii comedit agnum paschalem et
ibi dedit discipulis suis corpus suum Ecclesia
tamen tenet istum ritum quod xiii luna lauatur
pedes pauperum et fiunt representaciones cene et ita
tractat magister in hystoriis / Et sic secundum istum ritum
ecclesie luna erat xv viii kalendas aprilis quando christus pas-
sus est et vi kalendas resurrexit / Et quia de isto fue-
runt antiquitus magne controversie inter an-
tiquos ecclesie doctores et inter compotistas et
multa concilia celebrata ideo ad hoc sunt multi
de hoc hesitantes · Nam sicut legitur in Cronica
Theofilus Cesariensis antiquus doctor et vicinus
temporibus apostolorum cum narciso Jherosolimitano
patriarcha qui ibi presidebat consilium celebrauit

in Cesarea palestine urbe et ibi fuit ordinatum
quod pascha celebraretur viii° kl aprilis et in vi° kl
fieret festum resurrectionis / quia tali tempore xpus pas-
sus fuit et resurrexit Theophilus scripsit in epistola
synodochita / et in eadem scripsit ad epos ytallie
sic debere fieri / propter quod silent multa concilia
celebrata post ea in diuisis mundi partibus / fuit
unum in gallijs lugduni sub yronico epo ibi
presente Aliud fuit in Roma cui presedit victor
papa Aliud fuit in achaya sub bachilo chorinthiorum
epo Aliud in nicena Civitate bithinie in quo
prefuit silvester papa presente constantino imperatore
et ccc^ti xviii epi ut narrat Eusebius li° v° ecclesiastice
hystorie Et cassiodorus li. ix. tripartite hystorie
ca° xxiii° et ibi fuit determinatum quod pascha fieret
viii° kl aprilis. et xi°. vi° kl eiusdem prout narrat
Beda li° de temporibus. c. xliii. Unde pro errore
ipse habet omnibus qui tenent contrarium sicut plane ipse
ponit in eodem li° c. xlvii Unde dicit / dominus noster fr. vi
lima xv cruce ascendit et una die sabbatorum
i. in die dominica a mortuis resurrexit. nulli
bono licet dubitare catholico Ideo sic inconcusse
est tenendum et sic tenet Aug in li° de Civitate
dei ca° viii° / et ad horosium questione xxvi et expresse
in epistola ad ianuarium presbiterum de ieiunio
sabbati dicit vi° sabbati que dies passionis erat
primus dies azimorum a uespera illa incipiens in qua
cum discipulis suis dominus pascha manducaverat
etc et sic sit dictum de isto Et mittit duos ex dis-
cipulis suis et ait eis Ite in civitatem et occur-
ret vobis homo lagenam aque baiulans se-
quimini eum Et quocumque introierit dicite domino
domus. quia magister dicit ubi est refectio mea
ubi pascha cum discipulis meis manducem //
Textus est clarus nec indiget magna expositione
Beda dicit quod in hoc quod dominus dixit Ite etc indicium
prescientie divinitatis fuit quia cum discipulis lo-
quens quod alibi futurum sit novit De hoc quod marc[us]

P aliter dicit lucas c. [illegible]
[illegible] xpo xpc potea

hic dicit lagenam et lucas dicit amphoram non est magna vas amphora est vas cum duabus ansis et dicitur ab an quod est circum et phoros grece quod est ferre latine lagena autem est vas vinarium prope positum dicit ysid. ethimol. xx. ubi loquitur de vasis vinariis Et quale fuerit vas tamen ipse portabat aquam Theophilus dicit quod ex hoc quod dixerunt quo vis eamus etc. manifeste videtur quod xpistus hospitium aliquod non habebat sed neque discipuli proprias domos habebant Si enim habuissent duxissent eum ad illas Qui fuerunt illi duo discipuli missi lucas plane dicit quod fuit petrus et johannes Et sicut dicit Thomas in hoc quod ipse predixit de homine aquam bajulante et in hoc quod mittebat discipulos ad hominem ignotum significat clare quod si vellet posset non pati Nam qui mentem ignoti movit ut eos reciperet qui non operetur in aliis Et ipse vobis monstrabit cenaculum grande stratum et ibi parate nobis

Et abierunt discipuli eius et venerunt in civitatem et invenerunt sicut dixerat illis et paraverunt pascha Que littera est clara et doctores etiam transeunt breviter de isto Mo sciendum quod cenaculum dicitur a cena vescenarium sicut dicit ysid. ethim. xv. Antiqui ut dicit sic et in cibi et pocula vescebantur ne in occulto delicie luxuriam generarent In hystoriis scolasticis dicit petrus comestor quod palestini in superiori parte domus faciebant magna spacia ad comedendum et istud vocabant cenaculum In inferiori domus parte faciebant tribulia Et dicitur cenaculum a cena que dicitur comestio in sero Et est triplex secundum grecismum quia comestio in mane dicitur ientaculum prandium vero merenda in nona cena in sero obsonium post cenam. quod con sompnium dicit versus in grecismo si placet Sed nunc tamen erudicionis missis loquendo de istis vii diebus ermonia quid significent vir michi expediens aliquid dicere

Primum pascha xpisti petrum xpisti parare pascha ... 4 obediens In hoc nota Et abierunt. Abierunt ad ... non ... ... ut veri obedientes. Et invenerunt sicut dixerat illis Jhesus ... pascha ... agnum paschalem ...

Jhesus

Ad cuius evidenciam sciendum quod per fermentatum in sacra scriptura mistice vita voluptuosa et corrupta intelligitur ut dictum fuit supra / et per azima signatur vita munda et immaculata iuxta apostolum prima ad Cor. v. Epulemur non in fermento malicie et nequicie sed in azimis sinceritatis et veritatis. Et sic per fermentatum intelligitur homo cum sordibus peccati quem oportet exuere et reicere et induere novum hominem in gratia recreatum qui per azimum intelligitur. Unde apostolus ad Col. iii°. Expolientes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes novum eum qui renovatur in agnicionem veritatis etc. / Et ideo sciendum quod sunt quatuor virtutes quibus vetus homo exuitur et alie quibus novus induitur in agnicione dei / Prima virtus est timor — 1. timor
et est quasi prima dies quando homo redit ad se et timet ne moriens in peccato dampnetur. Et sic magis diminuitur statum in quo vixerat / et iste timor est inicium sapiencie sicut dicitur in Pro. Inicium sapiencie timor domini / Secunda virtus est pena / quando peccator dolet de hoc quod commisit / et est ii dies quia iam — 2 pena
fermentatum reicitur et azima comeduntur / Tercia virtus est detestatio peccati / quando tunc fermentatum non sapit sed fastidit et abhominatur et nova vita placet. Quarta est confessio tunc exuitur — 3 detestatio
vetus homo et proicit vestimentum vetus et per gratiam induit novum hominem / et sic dicebat anima sancta in Canticis v. c°. Expoliavi me tunica mea quomodo induar illam / lavi pedes meos quomodo inquinabo eos. Alie tres virtutes quibus dicitur — 4 confessio
comedi azima sinceritatis sunt fides que primo dicitur quia in agnicione fidei incipit vivere quasi novus homo iuxta illud Deut. viii. Non in solo pane etc. et Abac. ii. Iustus ex fide vivit. Secunda est spes qua hominis appetitus elevatur ad superiora et non curat de inferioribus unde vivitur in azimis spei / Tercia est caritas que est — 5 fides

Marginal notes: 6 spes; 7 Caritas

complementum omnium aliarum virtutum et tunc homo
spiritualiter est totus azimus, et sicut fermentatum
expurgatur, azima comedimus sicut dicit apostolus
i. cor. v. Expurgate vetus fermentum ut sitis
nova conspersio sicut estis azimi.

Vespere autem facto venit cum xii et discumbentibus
illis et manducantibus ait ihesus Amen
dico vobis quia unus me tradet qui man- // cxx

ducat mecum. Intendendum hic primo quod vespere autem sabbati
ponitur adverbialiter unde vespera secundum grecos dicitur hora
que est inter diem et noctem et similiter dicitur
hora que est inter noctem et diem unde et
vesperus dicitur stella que lucet per noctem
et ideo mutata h. i. v. consonantem dicimus hec
vespera vespere et iste genitivus ponitur adverbialiter
ut dictum est et tamen fit relatio ad eum quia
dicitur vespere autem sabbati que lucescit etc. non
tamen inquantum est adverbium sed fit relatio ad
nomen sicut diceretur iste vadit Romam que est caput
mundi et sic accipitur hic vespere quando dicitur vespere
venit ihesus etc. Sed statim Theophilus in scripto suo
hic movet questionem talem videlicet quare dicit quod discum-
bebant et manducabant quia lex eorum precipi-
ebat ut patet exo. xii quod ipsi stantes comederent
pascha et festinanter etc. Ad hoc ipse respondet
et dicit quod probabile est quod ipsi primo comederunt
pascha legale eo modo quo precipiebatur in lege
deinde discubuerunt et ceperunt comedere panem
pascha. Beda in glosa suo de hoc quod dicitur Amen
dico vobis etc. dicit sic Cum de passione pre-
dixisset et de proditore prodit dans locum penitentie ut
cum proditor intellexisset cogitationes suas sci-
ri et occulta consilia penitus eum facti sunt et
tamen non designat specialiter ne manifeste co-
argutus impudentior fieret mittit crimen in numero
ut conscius penitentiam agat. Et illi ceperunt contri-
stari et dicere singillatim Numquid ego. Beda dicit

c xxiii q

551
290

tale

Jeronimus) Et cte noverat discipuli s. xi apli quod nichil con
dignum cogitarent sed plus credunt magistro quam
sibi et timentes fragilitatem suam tristes intro
ibant de peccato cuius conscientiam non habebant. Et ait
illis unus ex xii qui intingit mecum manum
in catino. Sciendum primo quod catinus secundum ysid
xx. ubi loquitur de vasis vinariis dicitur vas vinarium
fictile ad refrigerandum vinum iuxta illos versus
Quod capiens vinum teneat vas dico catinum
fictile vel luteum faciens frigere lieum. Et de
glo. quod in illo catino in quo quilibet ponebat ma
num erat ius lactucarum agrestium sive lactuce
agrestes cum quibus debebant comedere carnes
agni sicut dicitur Exo xii. Jeronimus hic in glo super Mt
super isto unus ex xii dicit hic quod Judas esset
ab aliis separatus. sequitur enim seorsum lupus ovem
quam rapit / Omnisque de ovili egreditur lupi
morsibus patet. Judas autem nec primo nec secundo
conceptus a proditione retrahit pedem sed penam
prodit ut quod pudor non vinceret corrigant
denunciata supplicia. Unde sequitur Filius quidem ho
minis vadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini
illi per quem filius hominis traditur. Bonum erat ei si natus
~~illi et si non esset natus~~ homo ille. Filius ho
minis vadit etc. quia omnia que ei contigerunt in
tradicione et passione iamdudum prophetizata
fuerant et impleta aut explete a prophetis predicta
Sed de hoc quod ipse dicit Ve homini illi etc. hoc non
exponitur nisi de dampnacione quam huius ipse iudas
in retribucione malicie sue. Et dicit quod bonum ei
erat etc. Alius cronica dicit quod melius ei fuisset
si non fuisset homo ille. quod sequitur quod dampnati
etiam racione deliberativa vellent non fuisse. Ex quo
melius eis esset si nati non fuissent. Et ystud
probatur prout dicit Jeronimus hic melius est non esse
quam male esse. Et etiam Apo ix. In illa die desi
derabunt homines mori et fugiet mors ab eis etc.

Jeronimus) Dominus dominus ... patiens primo ... propter ... quia ... proditor in malo / Matheus ... argenteis et ... Judas ... et ... Et ... non fuisset

Glo.

quia ... in paradiso ut ...

...lius quidem hominis vadit. Nec primo nec secundo correptus a proditione retrahit pedem sed penam ... in paradiso ... ut quod pudor non vinceret corrigant denunciata supplicia.

Augꝰ de miſia homis dicit o mors qꝫ dul
cis es quibus tam amara fuiſti te ſolam de
ſiderant qui te vehementer oderunt Item
quia pena eorum est eťna / tūſitꝰ de eē ad
non eſſe eſt mōentanea igitur plus debent in
velle non eſſe q̄m in infinitū miſeri eſſe oppo
videtur velle Augꝰ iii de libō arbitrio Qui dt
conſidera q̄m eſt eſſe quod et bom et miſeri
nolunt magꝰ tū eſt eſſe et eē miſerum q̄m oīo
non eſſe ꝯtⁱ miſeri volunt eſſe Item omnibꝫ ap
petitus ordinatꝰ eſt cum formis nature quia
natura appetit quod melius eſt · ſed natura ſp
appetit ē eſſe vt phus vult · ii°. de aīa igitur
2° ꝛ dico qꝫ aliqui dicūt q° qꝫ melius eſt ſim
pliciter non eſſe q̄m meterni viuere in penis tal
et ideo dampnati plus vellent non eſſe q̄m ſic
ſemper viuē in ſuis penis et tormentis et hoc
vellent non tamē rōne deliƀatiua · ſꝫ appetitu
inordinato et phāſtico · quia crederent in requiē
ſi non eſſent Alii dicūt qꝫ ſꝫ m appetitū honeſti
dampnati etiā nolunt et uelle debent mag
uiuere in tormentis q̄m ſimpliciter non eſſe · qꝛ
ſpūs creatus eſt ad laudē dei et ideo quia eē
in miſia dampnatorū dei iuſtitia et glīa appet
et dampnati ſciunt ſe iuſte torqueri Ad rōne
deliƀatiua plus nolunt ſic eſſe q̄m non eſſe
Ego credo qꝫ melius eſſꝫ eis ſimplr non eſſe
q̄m ſic ſemꝑ miſeri eē · quod ipi etiā vellent
conſidata grauitate pene que eſt eťna et in
tenſiue et extenſiue afflictiua Et rō eſt quia
tor triſtitia ex pena q̄m dolor que fit ex eſſe
quia homo vult eſſe ꝑter delectaciōnē aliqua vt vī
velle phus · ix · eth. Et ideo nullū appetitū debēt
hrē ad eſſe et manē ſub tanta triſtitia Ad auctē
Augꝰ dī qꝫ non loquitur de dampnatis ī ꝑpoito
ſꝫ ſicut diuites et pauperes in mundo nollet eſſe
Ad ſcdm dico Appetitꝰ ordīatꝰ ſequitur nāz ordinatā

Et quia in dampnatis et natura est mordiata quia grauissime afflicta et interius et exterius ideo appetitus ex racione deliberatiuus non sequitur tunc appetitum nature ut est simpliciter et naturaliter a natura. Et ideo melius fuisset ipsi unde si numquam fuisset

Et manducantibus illis accepit ihesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait Sumite hoc est corpus meum

Beda in commento suo quia iohannes incipiens istam literam exponere pulcre incipit sic dicens. Finitis veteris pasche sollempniis que in commemoracione antique de egipto liberacionis populi dei agebantur transijt ad nouum quod in sue redempcionis memoria ecclesiam frequentare volebat ut scilicet pro carne agni ac sanguine corporis sanguinisque sui sacramentum substitueret ipsumque se esse monstraret Cui iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Sed de hoc quod christus dixit et dicitur in litera quod accipiens panem benedixit fregit et dedit et dixit Sumite etc. Sunt dubiones in litera et dubitant doctores et sancti. Et primo utrum prius confecerit quam verbum protulit, et quidem sic ostenditur ex verbis euangelii, primo quia prius benedixit quam verbum proferret quod dixit hoc est etc. Secundo quia benedictione illa fuit consecracio, igitur antequam proferret hoc est corpus meum iam corpus suum fuit consecratum, ergo verba que ipse tradidit pro forma consecracionis nullam habuit efficaciam igitur nec modo habent ut dicitur. Item de hoc quod dicitur fregit, quia fractio secundum modum ecclesie fit post consecracionem. ergo cum ecclesia imitatur formam quam ipse instituendo sacramentum dedit videtur quod tenendum est quod prius sacrauit corpus suum et post postea fregit et dedit apostolis et dixit sumite etc. Cum autem confecit istis verbis que dedit pro forma

po[..] Jastetueri [..] [..] [..] [..] pro[..] [..] paulo

Ro[..]

consecrandi ecclie · sz hoc est corpus meum
aut aliis / aut sine verbo / si aliis vbis ergo
illa habent virtutem sz non hur / si sine vbo
go ecia non sequitur forma i myri institue
hoc sacrm quam ipe dedit quod est maxi
inconueniens igitur q dicendum ¶ Pro dico q
circa istud propter verba eius fuerunt tres opiniones
probabiles satis ¶ 1 pma est q xpus prius consecrauit
quam verba protulit aut instituerit / et hoc virtute
sue diuinitatis uel aliis verbis secrete / nobis [vbi]
aut qui indigemus virtute dedit forma con
secrandi post consecracoz ¶ 2 Alii dicunt q ipse
eadem vba hoc est corpus meum prius protulit
in occulto et postea consecrauit / et post mani
feste eadem vba ipe repetiuit ad manifestandum
formam vborum / et tunc exponunt liram quae
sensus accepit panem et benedixit · i occulte
dicendo hoc est corpus meum et post fregit
et distribuendo dixit aperte ista vba · hoc est
corpus meum ¶ 3 Alii dicunt quibus magis
consentio q dominus simul vba dixit et corpus
consecrauit / quia sicut semel consecrauit ita semel
vba protulit · Ro est quare ad q vba proferret
q totum possit facere semel proferendo / etiam
conueniencius fuit q cum vbis aperte consecraret
q cum occultis vt discipulis suis et toti ecclie
formam consecrandi daret / quia ibi vbis hoc
facere et aplos psbros instituit / Et sic tenendum
q continendo vba instituit et proferendo illa
consecrauit ¶ Ad rationem de benedictione dico q be
nedictio illa non fuit consecracio sed quedam
preparacio uel gratiarum actio / sicut antiqui consue
uerunt ad omnem cibum premittere benedictionem
maxime viri ecclesiastici ¶ Ad rationem de fractione dicitur
q fractio in sacro altaris fit propter duas causas
primo fit ad designandum sicut sacerdos in altari
post consecrationem frangit hostiam ad putandum q xpus

fregit panem in cena. aliter fit fracto ad distribuendum pluribus sicut sacerdos si non haberet nisi unicam hostiam frangeret et distribueret pluribus et sic xc quia prius ipse fregit quam plures erant et post consecrauit et eis dedit et sic patet de isto

Et accepto calice gratias agens dedit eis et biberunt omnes et ait illis hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur. Ex ista littera statim potest concludi quod xpus confecit et consecrauit sanguinem suum antequam daret apostolis formam conficiendi. quia hic est etc. quia dicitur quod omnes biberunt, et certum est quod dedit eis sanguinem ad potandum sicut dederat corpus ad comedendum, sed potest dici quod consecrando ipse dixit verba illa hic est sanguis etc. et dedit eis et biberunt et postea ipse repetiit eadem verba ad dandum eis formam consecrandi. Beda in quarto querit quia non dicitur in canone quod dominus in consecratione sanguinis sui posuit uel miscuerit aquam, sed consecrauit in vino solo. quare igitur ecclesia consecrat in vino mixto aqua. Quidam postillator respondet ad hoc quia credendum est quod tamquam homo sicut fuit xpus non utebatur vino nisi limphatico .i. mixto aqua ideo in tali vino quo utebatur sacrauit. Dominus in isto passu videtur uelle quod xpus miscuit aquam. Unde dicit sic formauit saluator sanguinem suum in calice vino et aqua mixtum ut alio purgemur a culpis alio redimeremur a penis. Cor. Rensio et est auctor tractatus de sacro altaris quia per effusionem sanguinis a latere xpi a morte etiam redempti sumus quo et fluxit et aqua in redemptorem simul et lauacrum ut redempti a miserabili seruitute a peccatis mundaremur et hoc representat etc. in vino aqua mixto consecrando. Beda tamen respondet sic. Verum quia et nos in xpo et in nobis xpm manere oportet vino dominici calicis aqua miscetur. Attestante enim Johanne

4 exco

Pone Justit Quest Pour Expl. sub ipse Vim

Nota

Aug(ustinus) de civitate dei l. 3 c. 3. Si xp(istu)s non resurgeret sanguis ille profusus non fundit(ur)? Si sanguis ille non funderet(ur) orbis terr(arum) non redimeret(ur).

[illegible] Nisi xp(istu)s moriens in debitum sustinuisset, nec [illegible] nos a morte debita liberasset.

aq(ua) ip(s)i sunt. Et n(ost)r(u)m aquam solam neq(ue) so-
lum vinum consecramus, ne talis videlicet
oblac(i)o q(uod) caput et membra seorsum esse
significet et ne vel xp(istu)m sine nostre redempcio(n)is
amore pati potuisse vel nos sine illius pas-
sione saluari. De hoc q(uod) dicitur hic sanguis
meus novi testamenti etc. Dicit beda bene
ad distinccio(n)em respicit veteris testamenti quod
hyrcorum et vitulorum est sanguine dedicatum
dicente moyse hic sanguis testamenti quod
mandauit ad vos deus. Nec(ess)e est ergo quid(em)
exemplaria verorum hiis mundari. Ip(s)a vero celestia meli-
oribus hostiis q(ua)m istis, sicut ap(osto)lus in ep(isto)la
ad hebreos inter legem et ev(angeliu)m distinguens
pulcherrima explanacione ac plenaria r(aci)one
declarat. De hoc q(uod) dicit saluator q(uod) iste sa(n)-
guis sit effundendus pro multis et lucas dicit
p(ro) vobis. Ad n(ost)ram erudicio(n)em optime possumus
dicere q(uod) sit effusus pro nobis et pro multis.

Prima ad totius creature reconciliacio(n)em
Ad s(an)c(t)orum patrum pacificacio(n)em
Ad omnium peccatorum redempcio(n)em
Ad secretorum primi et alia(rum) s(e)c(un)d(u)m(?) liberacio(n)em
Ad patri(s) p(ro) nobis intercessionem
Ad n(ost)ram erudicio(n)em et iustificacio(n)em
Ad culparum n(ost)rarum emundacio(n)em
Ad totius ecclesie decoracio(n)em et confortacio(n)em

De p(ri)mo d(icit) ad Coll(ossenses) p(ri)mo. In ip(s)o complacuit se reconciliare omnia in ip(s)um paci-
ficans p(er) sanguinem crucis que in celis et que
in terra. De 2o ad hebr(eos) x. habentes itaq(ue) fidu-
ciam in introitu s(an)c(t)orum in sanguine xp(ist)i etc.
Prima s(e)c(un)d(u)m sinus(?) pacific(aci)o deo patri. De 3o apo(calipsis) 5o
Redemisti nos sanguine tuo ex omni tribu
et lingua et p(o)p(u)lo et nacione. De 4o dicit zach(arias)
9o Tu in sanguine testamenti emisisti vinctos
tuos de lacu etc. De 5o ad hebr(eos) 12 dicit ap(osto)lus
q(uod) apud iudicem omnium habemus mediatorem ih(esu)m
et sanguinis aspersionem melius loquentem q(ua)m abel

Pro multis

Glo(sa): [illegible]

Glo(sa): [illegible]

[illegible marginal notes]

293

i. quod sanguinem Abel quia sic loquitur pro nobis ad xpm patrem. De vio ad Ro. vo. Justificati gratis per graciam ~~in nomine~~ ipsius seu ~~per fidem in nomine ipsius~~. De vio ad Heb. ix. Si sanguis hircorum aut vitulorum et cinis aspersus inquinatos sanctificat ad emundacionem carnis quanto magis sanguis xpi etc. De vio Act. xx. Attendite vobis et universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam quam acquisivit sanguine suo etc. Igitur iste est sanguis qui effusus est pro multis in signum amoris dulcoris et valoris. Et sequitur Amen dico vobis. Non bibam de ~~sanguine~~ ~~hoc~~ vitis usque in diem illum cum illud bibam novum in regno Dei. Istud exponitur primo literaliter et est sensus non ~~comedam aut~~ bibam vobiscum de vino nisi donec post resurreccionem meam, quam vocat regnum Dei, quia tunc fuit de regno glorie et tunc post resurreccionem ipse apparens discipulis suis comedit et bibit cum eis ut habetur Joh. xxi et Luc. ult. Beda exponit quod sit parabolica locucio sic quod per genimine vitis intelligitur synagoga sicut dicit Ysa. v. Vinea Domini sabaoth domus Israel est. Regnum Dei intelligitur tempus glorie ut tunc sit sensus: non ultra carnalibus synagoge cerimoniis delectabor in quibus eciam ista paschalis agni sacra ~~tenuere~~ papium tenuere. Aderit enim tempus mee resurreccionis. Aderit dies ille cum ipse in regno Dei positus i. gloria vite immortalis sublimatus de salute eiusdem populi fonte gracie spiritualis regenerati novo vobiscum gaudio perfruar.

Et hymno dicto exierunt in montem oliveti et ait illis Jhesus. Vos scandalizabimini in me in ista nocte quia scriptum est: percuciam pastorem et dispergentur oves gregis. Hic primo exponendum quia per hymnos dicitur intelligitur gracias aliquas quas in principio prandii et in fine Deo patri reddebat sicut dicit Chrisostomus hic. Sicut

Beda glo. Sed postquam surrexero precedam vos in Galileam

gratias egerant antequam biberent ita gratias agunt
et postquam biberunt ut addiscas et ante cibum
et post cibum gratiam reddere actiones Beda dicit
potest etiam hymnus ille dici quem dominus Ihesus
Ihesus patri gratias agens decantabat in quo et
pro seipso et pro discipulis et pro eis qui per
verbum eius credituri erant elevans in celum
oculis precabatur Et ait illis fratres ut signus al
tius accipit occasionem ruine in detrimentum et di
scipuli in captione magistri sui acceperunt
Omnes vos scandalizabimini etc intelligendum
est de scandalo passivo de quo dictum est supra
quia in hoc quod viderunt eum capi statim eum
dimiserunt quia non confidentes in ipsum et fu
gerunt Et ideo dicit Beda quod notanter dicit in
me et in ista nocte quia qui scandalum patitur
in nocte et in tenebris sustinet Et quia scan
dalum passivum ut supra patuit est quando ex dictis
factis vel signis alterius accipit occasionem ruine in
detrimentum et discipuli in captione magistri sui
acceperunt occasionem ruine primo erroris quia fides
quam habebant de Ihesu Christo fuit quasi evacuata
in eis in passione ut dicit Iohannes et etiam
acceperunt ruinam timoris non credentes quod pos
set eos salvare Unde eo capto omnes fuge
runt Et ideo bene dicebatur Christus Omnes scan
dalizabimini in me in ista nocte Quia scriptum
est percutiam pastorem et dispergentur oves Istud
scribitur Zach xiii et in hoc notatur quod secundum scrip
turas oportebat Christum pati et ita intrare in gloriam
suam ut dicitur Luce xxiiii Et moraliter loquendo
quod dicitur hic de salvatore nostro potest dici de quolibet
prelato quia in veritate si prelatus qui est ut
Pastor pastor ductor tutor gubernator subditorum
qui sunt oves sibi subiecti prelato cadit in peccato
statim dispergentur oves quia plebs errat
post eum sicut Eze xxxiiii dicitur dispersae sunt
oves mee eo quod non esset pastor Etiam plato

est quia ductor subditorum quia si cadit in prelio populus
dispergitur sine resistencia sicut primo Regum in
fine pondus belli sicut super Saul quo mortuo
dispersus est populus etc. Est eciam prelatus quasi
tutor et gubernator populorum sed simpliciter
hominum quibus tenetur impendere panem sane doc-
trine quia si in sua deficiat parvuli dispersi
fame habebuntur sicut Trenorum ii. Leva
ad eum manus tuas pro animabus parvulorum
qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.
Et ideo dicit Beda hic primitur bonus pastor
ut ponat animam suam pro ovibus suis et de multis
gregibus errorum fiat unus grex et unus pas-
tor. Jeronimus hic graciose dicit quod istud principia
etc. Est quia missio patris prophetis adventum Christi ad
passionem postulantibus quia dicit Deus percu-
ciam pastorem precibus inferiorum quia filius
a patre mittitur incarnatur et patitur. Et dis-
pergentur oves gregis. Omnis quidem cadit sed
non omnis iacent. Carnale quidem est cadere sed
dyabolicum iacere. ~~Dixit autem petrus~~. Et si omnes
scandalizati fuerint sed non ego. Dicit Beda
non est temeritas neque mendacium sed fides et ardens affectus
est petri apostoli. Jeronimus dicit Certe avis sine pen-
nis in altum volare nititur sed corpus aggra-
vat animam ut timore humane mortis timor
domini superetur. Et ait illi Jhesus Amen dico tibi
in hac nocte priusquam gallus bis vocem dede-
rit ter me es negaturus. Beda dicit Petrus
de ardore fidei promittebat et salvator quasi
deus futura prenoscebat. Glosa moralis bene dicit
hic quod in hoc petrus gerit typum multorum
qui inexperti temptacionibus gravius petri ne for-
titudinis esse presumunt sed temptacio adveni-
ens quales sint manifestat. Unde Ecclesiastici xxvii
Vasa figuli probat fornax et homines iustos tem-
ptacio tribulacionis. Ad maiorem libere evidenciam

Ductor

tutor

est hic advertendum primo quod sicut dicit beatus Augustinus libro de concordia ewangelistarum De ista sententia antequam Gallus etc. videtur esse controversia inter ewangelistas quia Matheus Lucas et Johannes dicunt antequam gallus cantet ter me negabis ut sic punctus hic/ antequam Gallus cantet et tunc videntur desistere quia ante trinam negationem gallus cantavit Et Marcus dicit antequam gallus bis vocem dederit ter es me negaturus/ per quod innuitur quod trina negatio fuit incepta antequam gallus primo cantaret et ante quam secundam negationem cantationem fuit negatio consummata Et ideo sensus trium ewangelistarum est antequam Gallus scilicet trina negatione inchoabis et antequam Gallus cantet bis ter me es negaturus Et quod dixerunt magis impliciter Marcus explicite dicit At ille amplius loquebatur Et si oportuerit me simul mori tecum non te negabo Similiter et omnes dicebant Quia hic fit mentio de negando deum ad maiorem dictorum evidenciam et morum eruditionem quia multi deum negant huiusmodi scilicet aliqui negant deum

Ore solum — Qui negant ore solum sunt
Corde solum — illi qui timore pene ne-
Opere solum — gant sicut tempore persecucionum
Ore et corde simul — multi timore mortis deum
Ore corde et opere simul — negabant ore quamvis corde crede-

bant. et sic negavit petrus ut post dicetur Qui negant corde solum sunt ypocrite ficti et heretici occulti qui in aperto deum ore fatentur et in corde negant quia non credunt sane que a deo et sanctis ordinata sunt/ De quibus petrus apostolus ii pet. ii capitulo fuerunt pseudo prophete in populo sicut et in vobis erunt magistri mendaces qui introducent sectas perdicionis et eum qui eos emit dominum negant/ Qui deum negant opere solum sunt peccatores qui communiter peccant mortaliter scienter tunc

Ore

corde

Ope

295

remorsu tamen conscientie quia et si negat opere corde et ore tamen deum adorant et confitentur. Unde Job xxxi postquam enumeravit multa actualia conclusit quod ea omnia erat negacio contra deum altissimum. Qui negant deum ore et corde simul sunt heretici publici qui contra fidem christianam a christo et sanctis traditam dicunt scribunt predicant et insurgunt. Unde i Joh. ii. Quis est mendax nisi qui negat quoniam christus non est. hic est antichristus. Qui negant deum ore corde opere simul fuerunt et sunt persecutores ecclesie sancte qui martires et christianos occiderunt quia confitebantur. Tales eciam fuerunt Judei qui negaverunt christum ante faciem pylati quia ore corde negaverunt et opere occiderunt ~~[illegible]~~ quibus a petro dictum est Act. iii. Vos autem sanctum et iustum negastis et petistis virum homicidam dari vobis auctorem vero vite interfecistis etc.

Et venerunt in predium cui nomen Gethzemani et ait discipulis suis Sedete hic donec orem. Beda literaliter exponit. Demonstratur usque hodie locus Gethzemani in quo dominus oravit ad radicem montis oliveti nunc desuper ecclesia edificata est. Gethzemani interpretatur vallis pinguium sive pinguedinum. Remigius dicit quod congruenter fuit quod caperetur in loco pinguium iuxta illud Tauri pingues obsederunt me. Beda dicit quod in hoc quod dominus orat in monte dat nobis exemplum quod orando debemus sublimia orare in hoc quod orat in valle pinguium nobis humilitatem et devocionem servare in oracionibus innuit iuxta illud Ps. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea etc. Et assumpsit Petrum et Jacobum et Johannem secum et cepit pavere et tedere et ait illis Tristis est anima mea usque ad mortem. Beda queret hic. Quid est quod petrus non timet mortem christus timet mortem. Petrus dicit animam meam pono pro te. Christus dicit anima mea

Ore et corde

Ore corde et opere

turbatur Et videt quod utrumque verum est | Et utrumque
presumum ratione Ille enim quasi homo viam mortis
ignorat iste quia deus in opere constituit fra-
gilitatem carnis exponit | ut eorum qui factam
carnis abnuunt excluderetur impietas. Denique
hoc dixit et matheus | Non credidit valentinus
marcion fantasma iudicavit | Eo autem usque homi-
nem imitatus est. Demonstrabat tamen dicebat
Tristis est anima mea usque ad mortem. Secundum stan-
Dubitatur utrum in anima xpi fuit passio tristicie et
videtur quod non quia in ecclesiastico xxx capitulo scribitur quod
in tristicia non est utilitas. sed in xpo non fuit
tristicia non utilis. ergo passio tristicie non fuit
in eo. Secundo sic philosophus 3 thopicorum dicitur quod eadem magis
sunt eligenda sine tristicia quam cum tristicia sed
xpus sciuit bene eligere ergo ipse elegit ergo magis
redempcionem generis humani sine tristicia quam cum
tristicia Oppositum patet hic in littera et capitulo xxvi. Dico
hic quod in anima xpi fuit passio tristicie quia sic ex
coniunctione dei amare (?) apprehensive eiusdem
causatur in appetitu passio tristicie et quia res de
proximo eminens (?) malum ventura consideratur que
est de se odibilis tunc necessario causat tristiciam
in appetitu ea refugiente sicut philosophus in 3o rethorice
dicit quod illi qui decapitantur non timent inde
tes sibi nec [illegible] mortis imminere sed tristantur
et quia appetitus xpi mortem recusabat ut post
dicetur tamen apprehendit eam in proximo infalli-
bilis (?) eventura tanta fuit in eius appetitu passio
tristicie. Sciendum est tamen quod propter solam rationes quod
aliter fuit in eo tristicia et aliter in nobis. Certum
non impium rationis | quia nimia sensualitatem
tristari [illegible] tamen [illegible] exigentiam sue na-
Et ideo non fuit in eo tristicia impediens vel
conturbans rationem | et sic possunt solum rationes
ad oppositum ut patet quia loquuntur de tristicia rationem
turbante quod non fuit in xpo | Sustinete hic
et vigilate | Et cum processisset paululum procidit super

faciem (?)

terram et orabat ut si fieri posset transiret ab eo
hora / et dixit / Abba pater / omnia possibilia tibi sunt transfer
calicem hunc a me sed non quod ego volo sed quod tu
Beda in glosa dicit quod abba idem est quod pater sed
unum scilicet abba hebreum est / pater grecum est et latinum
est ergo utrumque ipsum in se credentium messe
doceret utraque lingua precem primus ipse invocat
Et de hoc quod dixit pater omnia etc. dicit Beda cum
erat illa vox nisi sonus infirmitatis nostre
Pater transfer a me hunc calicem / ecce habes
voluntatem humanam expressam sed vide rectitudinem
cordis scilicet rationis voluntatem sed non quod ego volo sed
sicut tu / Ex quibus oritur statim dubium iuxta
istam utrum oratio ista quam Christus oravit immi-
nente passione fuit sensibilitatis aut rationis et
istam tractat magister Sinardus libro iii° di. xvii. Et
videtur quod sensualitas optabat non mori. ergo
illa orabat. ergo fuit oratio ex sensualitate. Item magister
Sententiarum ubi supra dicit plane quod ista oratio Pater
transfer calicem hunc a me fuit humane sensuali-
tatis et non rationis contra etc. Contra quia orare est actus
vite contemplative ergo non sensualitatis convenit
quia orare includit dei cognitionem sed sensualitas
ut sic nullam talem cognitionem habet ergo etc. Ratio
Dico quod in oratione sunt duo attendenda. scilicet illud
quod oratur et modus / quo oratur est in oratione
quasi materiale / modus quo oratur est quasi formale
modo sensualitas appetebat non mori in Christo ratio
autem voluntati dei se conformabat / Unde quando
Christus dicebat tu omnia potes transfer etc. sensuali-
tas orabat et istud quasi materiale quod petebat quando
Christus dicebat sed non quod ego volo sed quod tu
ratio dabat modum orationis et conditionem Et ideo causat
ibi tamquam formale in oratione Unde predictum
michi satis convenire dicimus quod hoc fuit oratio
devotionis sensualitatis / quia debitum orandi
iudicium prestavit et ideo Christus voluntate deliberativa
non volebat quod sensualitas orabat

sed veritatem humane nature ostendebat tamen habebat dominum et ideo patet quod fuit spiritualitate (?) [illegible] sed rationis principium Et per hoc patet quid dicimus ad quartam utriusque partis Et venit et invenit eos dormientes et ait petro Simon dormis non potuisti una hora vigilare mecum. Beda non solum de sompno dormicionis eos excitat cum tamen tempus non erat in illa discrimine hora / sed magis excitavit eos ut non dormiant sompno infidelitatis et torpore mentis / tamen etiam videtur quod excitabat eos a dormicione sompni quando dicebat non potuistis etc. quia paululum ante offerebant se mori pro eo / sed glossa excusat eos quia adhuc ignorabant horam et tempus quando debebat tradi in manus iudeorum Vigilate et orate ut non intretis in temptacionem Et notandum hic primo quod in hiis verbis moraliter christus monet nos ad providenciam ne desinendo fallamur Cum dicat vigilate secundo ad sanctimoniam ut a deo inveniamur ideo dicit orate tertio ad diligenciam ne a dyabolo vincamur ideo dicit ne intretis in temptacionem Cause quare tenemur vigilare fuerunt dicte in alio capitulo precedente et etiam cause quare debemus orare De hoc quod dicit Non intretis in temptacionem dicit Beda in quinto quare dicit hoc quia impossibile est animam humanam non [illegible] unde et in oracione dominica dicimus et ne nos inducas in temptacionem dicimus Et ideo hoc dicit non quod simus omnino temptacionem refutantes sed vires sustinendi in temptacionibus deprecantes scilicet ne vincamur Sed istud adversus temerarios id est presumptuosos dictum est qui quod credidint putabant se consequi posse Itaque quantum de ardore mentis confidimus tantum de carnis fragilitate timeamus Ad maiorem evidenciam sciendum quod sicut dicit glossa super primam ad Corinthios x. temptacio vos non apprehendat nisi humana Quatuor sunt temptaciones prima est dyabolica secunda carnalis scilicet carnalis tertia est mu

Et ait petro
Ut dixit alias Etsi oportuerit me mori tecum non te negabo Et omnes similiter dixerunt sed non ego Nunc tristicie magnitudine sompnum vincere non potest /
Ut non intretis in temptacionem
Non ait ut non temptemini sed ut non intretis in temptacionem id est temptacio vos non superet non teneat intra suos casses.

temptacio
[illegible]

temptacio humana

Non

Dana [T]iiij est huma[na] P[ri]ma est p[er]niciosa que est dyab[oli]ca quia semper dyab[olus] temptat inducendo ad mortem quia ad p[e]cc[atu]m mortale et per diu[er]sa m[od]a tamen non q[uan]tum vult temptat s[ed] q[uan]tum ei p[er]mittit[ur] ut p[atet] de Job nec tantu[m] temptare admittitur nisi q[uan]tum tibi prodest ut exercearis et p[ro]beris ut dicit Aug[ustinus] super ps[almum] lxi Unde et b[eatus] apo[stolus] p[ri]ma ad cor[inthios] x Fidelis deus qui non patitur nos temptari ultra id quod potestis S[ecund]a temptacio que est carnis est venenosa q[uia] s[icut] p[ro]mittit[ur] ... est tu[m] naturalis quia ~~...~~ deo ad qua[m] caro dicat est nobis co[n]iunctiva ideo est difficile cavere sicut dicit ph[ilosophu]s ij etb[icorum] ca[pitulo] ij et ideo dicit ap[osto]lus Jacobus in canonica sua p[ri]mo q[uod] unusquisq[ue] temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus et ideo est ei continue resistendu[m] quia sicut caro q[ua]ntu[m]cu[n]q[ue] bona si sale non condiatur putrescit ita caro que continue temptat[ur] assiduis temptacionibus nisi resistendo saliatur resolvitur et putrescit et tamen de temptacione carnis dicit ph[ilosophu]s ubi supra q[uod] ridiculu[m] est creari a[d] ... re carnem [...] et non seipsum qui se p[er]mittit vinci a talibus ideo dicit ecc[lesiasticus] ij fili sta in iusticia et timore ~~tua prepa~~ ad temptacionem [...] resistendo

Tercia temptatio que est mundana est defectuosa quia mundus temptat per quandam apparentiam ceterum permanentium que in veritate non permanet Ideo Aug[ustinus] in sermone s[an]c[t]i vincencij dicit q[uod] mund[us] duplicem aciem contra milites Xpi producit blanditur ut decipiat promittit ut frangat se nos nos teneant res fragiles non afficiat voluptates et vicius est mundus quia sicut d[icitur] Sap[ientie] xiiij Creature dei facte sunt in temptacionem et in muscipulam pedibus insipientium Quarta temptacio que est humana est periculosa et est q[uando] homo vel credit se esse debilem ad sustinendu[m] temptaciones et sic pigri non defendit se viriliter et ignorat q[uod] deus est paratus iuvare nos sicut d[icit]

Marginalia: Dya[bolica] p[er]niciosa — Carnis venenosa — [illegible] — Mundana defectuosa — No[ta] — Humana periculosa

Augus in sermone ad comites dominus omnium rector ac
deus qui omnium angelorum milicia certamine tuum expe
ctat et iuvare paratus at si vincas prebet eternitatis
coronam Vel humana temptacio dicitur fragili
tas humana que velit nolit diversis motibus tep
tatur et movetur quia sicut dicit Augus non
est in potestate nostra quibus visis tangamur Et
ambrosius tractatu de noe bene dicit quod nulla mens
nulla anima est que non recipiat malorum motus
aspectus Et ideo debet homo vigilare ne intret in
temptacionem .i. ne recipiet eum sic ut vincat Et
licet de tribus primus possit licet exponi tamen bene
de quarta est intelligenda licet Quia ut dicit Remigius
Et demum est supra humanum est cadere sed dyabolicum
est iacere quia dicitur Jac. i° Beatus vir qui suffert
temptacionem quia cum probatus fuit accipiat co
ronam vite quam repromisit deus etc. Et ideo dicit
Vigilate et orate ut non intretis in temptacionem Et ideo
sequitur Spiritus quidem promptus est caro autem infirma
Beda istud exponit de duabus voluntatibus in
xpo scilicet divina et humana Unde dicit Beda hic locus
contra euthicianos hereticos qui dicunt unum me=
diatorem dei et hominum dominum salvatorem nostrum
operacionem unam esse et unam voluntatem Cum enim
dicit Spiritus quidem promptus caro vero infirma du
as voluntates ostendit humanam quidem propter infirmi
tatem carnis que est carnis et divinam que est di
vinitatis humana quidem propter infirmitatem carnis
recusat passionem divina autem eius est promptissima
Quia formidare passionem humane fragili
tatis est suscipere autem dispensacionem passionis dive
voluntatis atque virtutis est Videtur michi sensum
precedentem literam cum dicit Vigilate etc. quod quoque
potest istud exponi de anima racionali et corpore sensu
quod corporeitas in scriptura accipitur per carnem sicut
ysa. xl° Videbit omnis caro salutare dei Et per
spiritum accipitur anima racionalis sicut Act. vii dicebat sanctus
Stephanus Domine accipe spiritum meum Modo in hoc

caro i. homo infirma est quia homo pronus est ad malum ab adolescencia sua Spiritus i. anima racionalis de se est ordinatus et natus ad bonum quia semper ro[cio] deprecatur ad optima ut dicit philosophus i. ethicorum et de se habet diiudicare inter bonum et malum quod est prosequendum et quid fugiendum caro autem concupiscit adversus spiritum ut dicitur ad Gal. v. et contra insidias et insultus carnis oportet vigilare et orare ne homo intret in temptacionem quare patet quod spiritus quidem promptus est ad succurrendum ei qui secundum intellectum operari vult ut habetur ex decimo Ethicorum. Caro autem infirma est propter fomittem in appetitum sensitivo qui est quedam lepra et macula unde philosophus vii ethicorum vii capitulo comparat hominem virtuosum corpori bene disposito et viciosum infirmo quia virtuoso omnia sunt sana et viciosa alta et sic in proposito ~~et iterum~~ abiens ~~et oravit~~ eundem sermonem oravit dicens ~~pater si fieri potest etc.~~ Et reversus denuo invenit eos dormientes erant enim oculi eorum gravati Istud fuit expositum supra Sed circa literam statim hic posset dubitari utrum oracio Christi fuit exaudita et circa omnia sua et videtur quod non plane per hoc quod dicitur hic quod oravit ut non moreretur et non fuit exauditus et pro eis qui crucifixerunt eum oravit dicens pater dimitte eis etc. et tamen omnibus crucifixoribus suis non fuit peccatum dimissum Oppositum tamen videtur Joh. xi Dicit Jhesus ad patrem pater gracias quia semper me audis et accipitur hic audire pro exaudire Respondeo breviter et dico quod in Christo inquantum homo est considerare triplicem appetitum scilicet primo appetitum sensitivum qui non est aliud nisi quod apprehensum per aliquam virtutem apprehensivam Secundo appetitum voluntatis naturalis qui est a voluntate regulata per dictamen naturalis racionis Tercio appetitum voluntatis deliberative que virtute divinitatis ordinatur et conformatur voluntati divine et ideo ista voluntas per regulam spiritualem sic ordinatur quod nichil vult nisi quod voluntas divina vult Igitur

iterum
rescribatur
Aliud con[tra]
dicit ei
Quo
e

Dico q voluntas que fuit expssiua appetitus sen
situi non fuit exaudita quia nolebat con volu te
delibatiuam que est qformis voluntati diuine
2r de orone expssiua voluntatis naturalis quia
voluntate pure rónali nlli multa poterat uelle
que non erant confora voluntati deliberatiua
Sz omnes orones facte xpi deo patri ex rone de
liberatiua semper fuerut exaudite quia diuina
voluntas erat conformis et illas precise nole
bat qd orabat exaudiri et sic patz ad rones pas
et pz quia qn dicebat pater transfer a me calicez
ista ro erat appetitus sensitiui s ex sensualitatis
et non fuit exauditus Sz qn dicebat non sicut
ego volo sed sicut tu h oro fuit ex voluntate deli
beratiua et sic fuit statim quia omnes orones qs
nolebat ex deliberatiua voluntate volebat exaudiri
et sic erat ut dicitur Ad hebr. v° exauditus est
p sua reuerencia Et venit tercio et ait illis Dormi
te iam et requiescite sufficit venit hora ecce
traditur filius hominis in manus peccatorum surgi
te eamus ecce qui me tradet prope est Augustinus
in libro de concordia ewangelistarum dicit q postquam dixit
Dormite iam et requiescite et statim adiunxit suf
ficit etc unde intelligendum est q postquam dixit dor
mite etc aliquantulum siluisse dominum ut hoc fieret
quod promiserat et tunc intulisse Ecce venit hora
etc unde qn dixit sufficit s. q requieuistis Et q
ista triplex dormicio nec verba saluatoris moraliter
loquendo carent mysterio ut dicit Remigius qui istud
moraliter et mistice exponit Secundo sciendum q quantum
ad propositum spectat iuxta verba euangelii tres dormiciones
dicuntur in scriptura Prima dormicio est nequicie
et malignitatis Secunda est grauis accidie et torpo
ritatis Tercia est intelligencie siue sermonie et
contemplacionis Prima est abhorrenda et fugienda
Secunda excitanda et pellenda Tercia est investiganda
et querenda Prima comparatur prime dormicioni apostolorum
qn dictum est eis non potuistis vna hora vigilare mecum
et tales non possunt surgere sicut Trenorum primo dicitur

Nequitie

Infirmata est virtus mea dedit me dominus i. permisit in manus de qua non potero surgere. Et istis apostolus bene loquitur ad Ephe. v°: Surge qui dormis. Et periculum est in mora et ideo hora est iam nos de sompno surgere ut dicitur Ro. xiii. Et exurge a mortuis quia periculose laboras. Apo. iii°: hec est quod vivas et mortuus es et illuminabit te Christus. ideo de adiutorio non diffidat quia dominus erigit elisos. Ps°.

Litargie

Secunda dormicio apostolorum assimulatur litargicis et pigris de quibus bene dicitur quod erant oculi eorum gravati et tales excitandi sunt et dicendum eis id Cant. ii° ca°: Surge propera et veni. Surge ne te occupet dies mortis propera ne tepidus fugeris et veni ne finaliter in via detinearis. Tercia dormicio apostolorum innuitur signat quietem contemplativorum quibus bene dicitur: Dormite iam et requiescite. Sic quia ista dormitio spiritualis spiritus refocillat et animam quietat et a malo conservat de qua anima in canticis dicebat: Ego dormio et cor meum vigilat. q. d. Ego dormio in sancta devocione et contemplacione quiescendo sed cor meum vigilat in sancta cogitacione et oracione intendendo.

Contemplacione

¶ Et adhuc eo loquente venit Iudas scarioth unus ex duodecim et cum illo turba multa cum gladiis et lignis a summis sacerdotibus et scribis et senioribus. Ista est tercia pars huius capituli et dividitur in tres partes. quia primo ponitur Iude fraudulencia. Secundo Christi paciencia. ibi Unus autem de circumstantibus. Tercio discipulorum ignavia tunc discipuli relicto eo etc. Dederat enim eis traditor signum d. Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute. Sicut scribit Ieronimus, notandum quod doctores dicunt quod Iacobus Alphei qui erat ei cognatus germanus ita in facie ei assimulabatur quod in apprehensione unus de facili posset capi pro alio. et ideo ab aliis apostolis dicebatur frater domini. Et ideo dederat eis signum quem et ne pro ipso acciperent Iacobum. Et de signo quod dederat dicit Beda: Impudens quidem et

scelerata confidencia magistrum vocare et ei osculum
ingerere quem tradebat. tamen adhuc aliquid habuit
de verecundia discipuli eum non enim palam tra-
didit persecutoribus sed per signum osculi quod dixit
et ducite caute. viderat enim iudas quod aliquando
iudei ceperunt xpm et volebant precipitare eum de
monte ipse transiens per medium illorum ibat ut
habetur luc. iiii. Et ideo ipse iudas dubitabat ne eo
similiter eis contingeret et quod quia enim crederent
tenere fieret invisibilis. Et cum venisset statim acceden-
dens osculatus est eum dicens rabi Rabi. i. magister et
ita consueverat apostoli eum vocare. Et dicit crisostomus
quod iudas salutando osculatus est eum et dixit
Ave rabi. Unde crisostomus dicit hic iude insensibili-
tatem quo credebat xpm osculo decipere ut quasi
amicus existimaretur. Si autem amicus est o iuda
cuius gratia cum iniquis accessisti. Unde dicit xpus
sicut recitat matheus quod vocavit eum amicum
dicens Amice ad quid venisti. Et lucas dicit quod ei
xpus dixit iuda osculo filium hominis tradis. Sed
ad nostram erudicionem potest queri quo osculo. quia
multiplex osculum invenitur in scriptura videlicet

dilectionis	Primo modo osculatus est joseph
delectacionis	fratres suos Gen. xlv. et Cant. i.
adulacionis	osculetur me osculo oris sui.
prodicionis	Secundo osculo vovebat osculari di-
congratulacionis	lectum suum Cant. viii. quis michi
decepcionis	det te fratrem meum ut in-
devocionis	veniam te deforis et deosculer

te et iam me nemo despiciat. Tercio osculo oscula-
tur pauperes divites Eccl. xxix. Donec accipiant oscu-
lantur manus dantis. Quarto osculo osculatus
est Joab amasam quem osculando maliciose occi-
dit ut habetur ii Reg. xx. Quinto osculo iubet apostolus
osculari sanctos et fideles se invicem in signum amo-
ris et caritatis ad Rom. xvi salutate vos invicem
et osculo sancto. Sexto modo osculantur astuti sim-
plices homines eos attrahendo et decipiendo de quo d.

9o

dilect
delecta
Adulac
prodic
congratul
decep

De osculo

pu. xxvij Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula blandientis / Septimo osculo osculatur maria magdalena pedes domini luc vij° Octavo in proposito Judas osculabatur ihesum proditorie eum tradendo Unde beda super ... quod deus osculum traditoris non quo simulare nos doceat sed ne prodicionem fugere videatur sed et illud davidicum complens Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus At illi manus miserunt in eum et tenuerunt eum Videns autem de circumstantibus eduxit gladium et percussit servum summi sacerdotis et amputavit illius auriculam Alii autem eum nominant petrum Sed Theophilus dicit quod marcus qui fuit petri discipulus et a quo didicerat eum istud noluit nominare eum nec suum laudare magistrum quamvis magis zelantem pro christo Beda dicit quod petrus hoc fecit ut Johannes declarat eo animi mentis ardore quo cetera fecerat sciebat enim quod phinees puniendo sacrilegos mercedem iusticie et sacerdocii perhennis acceperat et hystoria huius habetur num xxv ubi dicitur quomodo phinees videns coeuntes iudeum et madianitem contra preceptum moysi ambos pugione perforavit et placatus fuit deus inter zelum fidei et legis de quo in psalmo stetit phinees et placavit et cessavit quassacio Est etiam hic sciendum secundum mathium christus de hoc reprehendit petrum et dixit ei Converte gladium tuum in locum suum Omnis qui acceperit gladium gladio peribit Sed statim oritur questio de quo gladio quia multiplex gladius invenitur in scriptura

Gladius

- Invasionis aut defensionis
- Sancte predicacionis
- Iurisdictionis
- Defensionis
- Detractionis
- Tribulacionis
- Punitionis

Primus gladius est materialis qui est invasionis et qui ira commotus percutit isto gladio aut mala voluntate aut sine causa gladio iuste qui peribit

Invasionis

punitionis pravorum · sicut dicitur hic a xpo et apocalypsis xiii
dicitur qui in gladio occiderit oportet eum gladio occi
di / Secundus gladius dicitur verbum dei et sancta — *predicacionis*
predicatio de quo ad ephesios vi dicitur Assumite gla
dium spiritus quod est verbum dei / quia in bono predi
catore sermo dei est vivus et efficax et penetra
bilior omni gladio ancipiti ut dicitur ad hebreos iiii
Tertius gladius est iurisdictionis que est duplex scilicet — *Iurisdictionis*
temporalis et ecclesiastica quarum utraque est gladius ad tui
tionem innocentium et punitionem malignantium propter
quod dicit apostolus quod non sine causa portat iudex
gladium et iste due iurisdictiones designantur
in duobus gladiis de quibus dixerunt apostoli luce
xxii ecce gladii duo hic et intelligens dominus dixit
satis est / et sine causa non debent extrahi sed poni
in vaginam Quartus est defensionis qui pro ecclesie — *defensionis*
tutela accipitur hic in mundo propter malitiam delin
quentium de quo ~~primo mach xxx~~ dicitur quod a deo gla — *2 mach 15*
dium accepit iudas machabeus cui dominus fuit
Accipe gladium munus sanctum a deo in quo deicies
es adversarios populi mei / et istum debent extrahere
reges et principes xpiani ad defensionem ecclesie
et fidelium Etiam prelati qui debent se opponere
murum pro ecclesia dei ut de eis possit exponi illud
Cant iii en lectulum salomonis i. ecclesiam dei lx
fortes ambiunt · se omnes tenentes gladios et ad
bella doctissimi etc Gladius detractionis facit — *detractionis*
multa mala / quia detractores comedunt famam
aliorum maliciose de quibus dicitur proverbiorum xxx est ge — *30 inopes ... et pauperes hominibus*
neratio que pro dentibus habet gladios et commedit
etc Et in psalmo gladius in labiis eorum quia ut dicitur
proverbiorum xxv Gladius et iaculum et sagitta acuta — *27*
homo qui loquitur contra proximum suum sed ut orat psalmus
Gladius eorum intret in corda ipsorum et arcus
eorum confringatur Gladius tribulacionis — *Tribulacionis*
dicitur tribulaciones et adversitates que cottidie mundo
eveniunt ie iiii dicitur quod dixerunt pax erit nobis et

recte gladius usque ad animam / quia sicut dicitur Eze. xiv ubi
est gladius fames et pestilencia. Gladius punitionis
est ipse [illegible] salvator noster de quo Johannes in
Apo. primo capitulo dicit quod vidit quod de ore filii hominis
exibat gladius ex utraque parte acutus / quia ipse
gladius est ad puniendum malos. Unde sciendum
quod gladius iste

vibratur ad comminandum
minatur ad feriendum
exigitur ad puniendum
et paratur ad interimendum

Unde Apo. pro omnibus
istis bene dicit dominus
Aut penitentiam age
si quo minus veniam

tibi cito et pugnabo gladio oris mei / Modo quod
dicitur quod Christus dixit qui percusserit gladio gladio
peribit intelligitur sicut exponitur de primo gladio
quia de illo intelligitur propter faciem vel potest intelligi
de gladio iurisdictionis quia qui recte non punit
eo iuste peribit gladio punitionis divine / Et quod
Petrus percussit gladio servum pontificis Christus servum
[illegible] statim eum sanavit quia ut dicit Beda
in quarto Augustinus domini pietatis sue obliviscitur
qui etiam hostes suos non pati vulnerari / etiam in
hoc ostendens quod etiam eos qui sue mortis confessione
vulnus anime contraxerant si fructum penitentie facerent
dignum salvum posse mereri. Et videns illis
tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus
sine lignis comprehendere me / Cottidie eram apud vos
in templo apud vos docens et non me tenuistis
Sed ut impleretur scriptura / sicut dicit Beda non
loquebatur dominus eis quod dicere stultum est mei illum
cum gladiis et fustibus querere qui ultro se vestris
tradit manibus / et in nocte quasi latitantem et vestros
oculos declinantem per proditorem investigare
Sed ut dicit Theophilus hic istud est divinitatem manifestat et ostendit / cum enim in templo docebat
non valuerunt eum tenere cum minus in manibus
eorum esset / quia nondum venerat hora eius et passionis / cum
autem voluit ei prebere non potuerunt / Ergo dedit eis

Beda dicit

ptatem se occidendi. Igitur fuit in causa sue mortis quo non expectauerunt eum occidendo. Dicendum quod ipse passus fuit quia ipse voluit et nisi voluisset passus non fuisset. Et cum dicitur quod dedit eis potatem dicendum quod iudei semper habebant voluntatem occidendi xpm sed non poterant quia nondum venerat hora prefixa a deo patre passionis quam autem voluit ei petere non potuerunt. Dum autem venit tempus passionis eius data est iudeis eum occidendi facultas sed non mutata voluntas. Et sic nec fuit excusati de morte eius nec xps est in culpa quod se permisit ab eis occidi quia sic erat ordinatum a deo patre ab eterno et ita oportebat xpm pati et resurgere a mortuis etc ut dicitur luc. xxiiij.

Etiam quia ut dicitur in textu sed ut implerentur scripture. Nam ipsi venerunt capere xpm tamquam ad latronem vel verius dicamus secundum scripturas quod venerunt tamquam latrones quibus est obstinare de nocte excubias parare insidias perpetrare malicias frangere amicicias et de quibus scripture predixerant Job xix. Habuit me quasi hostem suum simul de iuda latrones eius fecerunt viam per me. et multa que de illo in illo capitulo continentur in sua passione impleta sunt. Similiter illa que ysaie c. liij dicta sunt plane in illo impleta fuerunt et etiam in aliis scripturis et prophetis et sic patet quod omnia que in passione facta sunt ut dicitur scripture impleta fuerunt. Tunc discipuli relinquentes eum omnes fugerunt. Beda. Impletur sermo quod dixerat quod omnes discipuli scandalizentur in ipso illa nocte et secundum veritatem michi videtur quod isti relinquendo eum et fugiendo peccauerunt

contra veram amicitiam	Primo defecerunt contra
contra veram constanciam	veram amicitiam quia
contra veram obedienciam	promiserat se mori
contra veram concordiam	pro eo tamquam amici
vel perseuranciam	si necesse fuit quia

Jo

est

liij

omnes relicto eo

Amici

[illegible]

dnoso amico contingit pro amico multa agere
et pati etiam si contingat mori ut dicit philosophus
ix ethicorum quod non fecerunt. Secundo peccauerunt
contra ueram constantiam quia sani et sine ali-
quo malo quod sustinuissent adhuc fugerunt.
fortis homo non debet terreri pro nichilo quia
ut dicitur iii ethicorum fortis imperterritus ut homo
timebit talia, id est que sunt super hominem ut ceteri
sustinebit boni gratia. Tertio defecerunt relinquendo
dominum a uera obedientia. Nam bonus famulus non debet
dimittere dominum suum timore mortis sicut fecit
armiger Ionathe quia non reliquit eum nec
in morte nec in vita ut patet i. R. Exemplum de hoc
ponit Valerius Maximus libro iii capitulo viii de quodam
milite qui famulus cezaris erat, id est famulus vel
miles qui cum fuisset ductus ad Antonium
et sibi vita promittebatur dum tamen cezari
abrenuntiasset et anthonio famularet. Audit iugulare
me iube si placet quia nec salutis beneficio nec
mortis supplicio adduci possum ut cesaris miles
esse desinam. Unde seneca iii libro de ira ante finem
allegando dicit quod fideles parati sunt pro dominis
suis porrigere ceruicem periculum imminens in caput
suum auertere. Quarto defecerunt apostoli relinquentes
ihesum contra concordiam ymo contra perseuerantiam
qua tenebantur eum iuuare usque ad finem
cause sicut philosophus primo rethorice xiii capitulo dicit quod
homines laudant achillem eo quod adiuuit patroclum
amicum suum usque in finem sciens quod oportebat
eum mori. secundum si non iuuaret ipsum. Adolescens autem
quidam sequebatur eum amictus syndone super
nudo et tenuerunt eum at ille relicta syndone
nudus profugit ab eis. Theophilus dicit quod quidam
dicunt quod iste adolescens fuit Iacobus Alphei
qui dicebatur frater domini ut patet supra quia tunc erat iuuenis
et probo uidetur esse quia in legenda sua dicitur quod
semper usus fuit sola syndone. Unde post passionem
Christi factus fuit episcopus Ierosolimorum sicut dicit propheta

Constantia

Obedientia

Concordia

amictorum mulierum quo tegimur humi carum ex est lineum ita dicit ysid. xix ethicolis / ubi agit de ornamentis mulierum / sed hic accipitur pro veste linea qua iste adolescens erat vestitus super nudo .s. corpore quia non habebat aliud indumentum nisi solam syndonem / Beda dicit quod ille adolescens erat Johannes ewangelista . licet ewangelista non nominet eum . tamen sic credendum est ut videtur probari quia inter apostolos erat minor iunior et ex nullis scripturis habetur . sed quia vinculo caritatis astrictus fuit eum persequi .s. xpm non omisit et si arguatur . quia nondum perfectum caritatis fuit quia comitatu xpi relicto aufugit / Respondet beda . quia ut dicat crisostomus relicta syndone nudus fugit a societate hostium quorum et societatem detestabatur et facta / non autem fugit a domino salvatore / quia potuit fieri quod ad horam tenentium manibus elapsus mox resumpto indumento alio redierit et sub dubia noctis luce se turbis ducentium ihm miscuerit donec ad atrium pontificis cui erat notus perveniret . Unde post intro duxit petrum in atrio sicut ipse met Johannes in ewangelio suo testatur / Moraliter secundum Johannem sicut Joseph relicto pallio nudus aufugit de manibus impudice mulieris / sic qui vult ef fugere manus iniquorum relinquens incitare que in mundo sunt fugiat per xpm

Et adduxerunt ihm ad summum sacerdotem et convenerunt omnes sacerdotes scribe et seniores petrus autem a longe secutus est eum / in atrium sacerdotum / Circa literam est hic primo notandum quod secundum Johannem ewangelistam ipsi adduxerunt ihm ad Annam primum magistri hystoriis assignat duas rationes / quarum prima est quia Annas fuerat alias summus sacerdos et erat antiquior cayphe / Secunda quia eundo ad domum

Usque in atrium summi sacerdotis
Et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad ignem

Cayphe ipi transibant ante domum Anne et turpe eis fuisset si non fuissent socii cum eo pro tunc / Johannes euangelista addit quia Annas erat socer ipsius Cayphe .i. pater vxoris cayphe / Aly comi- tauit cayphan primo quia erat summus pontifex anni illius / et de hoc dicit Josephus in libro antiquitatum quod pontificatus sibi absque multo dignitatis emat a principe romano / Et de isto Caypha dicit Johannes euangelista quod ipse prophetizauit de morte christi quando dixit quod bonum erat quod vnus moriretur pro populo et non tota gens periret Ex quo statim sequitur quod mali homines possunt aliqua mala prophetizare quod videtur Cassiodorus qui dicit quod prophetia est quedam diuina reuelacio sed a malo homine non fit reuelacio di- uina sed magis diuinacio vt videtur Igitur non Cayphas hic quod dixit de christo dixit a deo ergo nec prophetiza- uit Cuius oppositum dicit Johannes in euangelio suo dicit enim secundum Johannem hoc quod dixit non dixit ex se sed tamen esset pontifex illius anni prophetizauit ergo a deo quia quod erat a deo ordinatum predixit Dico hic breuiter quia sicut prophetia potest esse de bono et de malo ita potest fieri a bono et a malo et hoc racione finis Nam sancti prophete sicut Ysaias Jeremias et aly multi multa mala ven- tura prophetizauerunt super populus vt patet in eorum propheciis sed ad bonum finem videlicet vt se cor- rigerent et abstinerent se a peccatis suis Ergo balaam qui diuinus erat demonum et arte magica vtebatur vt dicit glosa numeri xxij tamen multa bona de filys israel predixit Et quod orietur stella ex Jacob istud inspiratus a deo sicut ipsemet dixit et hoc inspiratus a deo sicut ipsemet dixit ibidem et xxiij ad balach rege moabitarum Non possum aliud loqui nisi quod misit dominus Sic eciam potest dici de Caypha quod spiritus sanctus inspirauit vt de misterio passionis christi prophetaret ad bonum finem et sic licet esset peior reuelacionem diuinam potuit habere / racio Cassiodori concludit generaliter

hic describitur xpus deductus ad caypham et ... Malignitas p falsos testes ... per malos iudices ... Et ... [illegible]

C

Nota

ut patet ex dictis et sic patet de isto primo. Et primo
adduxerunt xpm ad annaz sicut dicit Johannes
xviii^ta Petrus sedebat cum ministris et calefacie
bat se ad ignem. Summi sacerdotes et omne con
cilium querebant adversus ihm [falsum] testimonium
ut eum morti traderent, nec inveniebant. Credo
primo hic distinguit de duplici igne scilicet caritatis
et cupiditatis. De primo dicit salvator ignem
veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat
et hoc scribitur luce xii. De alio dicitur Osee vii.
Omnes inquit adulterantes velut clibanus corda
eorum. Iste scilicet primus super credentes in cenaculo
syon descendens variis linguis apostolos deum lau
dare docuit. Ille scilicet secundus in atrio cayphe in
stinctu maligni spiritus accensus ad negandum blas
phemandumque dominum noxias perfidorum linguas
animabat et sibi dixit ad proprium frigore caritatis
torpens petrus quasi prius ministrorum cayphe
calefieri cupiebat quia temporalis comodi solacium
perfidorum societate querebat. Dicit in littera quod
sacerdotes etc. querebant adversus ihm et non
inveniebant. Certe bene loquitur scriptura quia
consilium malignorum est consilium de quo ps.
cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire.
Ratio est quia consilium pravorum scilicet in consilian
do malignitatem in prosequendo contrarietatem
in intendendo falsitatem in concordando [illegible]

Malignitas

Primum patet quia sicut bene consiliari est ad finem
bonum sibi conferens ut dicit vi. ethicorum x. qui est bonus
in consiliari male ad finem malum et istud pertinet
ad homines pravos qui de malis consiliantur. De
quibus dicitur in ps. Exacerbaverunt dominum in consilio
suo. Quare sepius frustratur consilium eorum. Unde
Gen. xlix filii symeon et levi vasa iniquitatis
in consilium eorum non veniat anima mea. Secundo quod consilium

Contrarietas

pravorum dissipatur quia habet in se contrarietatem.
Ratio est quia sicut dicitur primo ethicorum quod cito [illegible]

Dissonant consilium pravorum est falsum et ideo stare
non potest ideo dicitur ysa viii inite consilium et
dissipabitur Tertio dissipatur consilium quia con-
tinet instabilitatem quia sicut voluntas hominis
non est certus canon ut dicitur ii politice ma-
xime si non sit expertus .i. virtuosus .i. nec in-
dicium hominis et ideo inter pravos sicut sunt diverse
voluntates ita diversa iudicia et diverse opiniones
et sic ipsum consilium eorum cadit in nichilum ideo
dicitur iob v° deus dissipavit consilia eorum
qui mala cogitabant adversus istum Quarto sed
consilium pravorum mirabilem varietatem quia
vix mali in unum sunt concordes et maxime
si contingat quod sint concordes non diu perma-
nent quia finis est malus Unde contingit
quod malum quod cogitant facere redit super eos
Unde ecc. xxvii° facienti consilium pessimum
super eum revolvetur Et quia isti sacerdotes et
scribe et omnes erant pravi et querebant consilium
adversus ihesum scilicet malum et pessimum ideo non
inveniebant modum quo eum morti traderent
Multi enim falsum testimonium dicebant adversus
eum et convenientia testimonia non erant et
quidam surgentes falsum testimonium ferebant adver-
sus eum dicentes quoniam nos audivimus eum dicentem
Ego dissolvam templum hoc manu factum et
post triduum aliud non manu factum reedificabo
et non erat conveniens testimonium illorum Hic iux-
ta litteram est primo videndum quod sicut dicit theofilus
in quarto super ioh. Dominus dixerat non dissolvam sed
dixit solvite templum hoc Nec etiam dixe-
rat templum hoc manu factum sed simpliciter
dixit templum et quia ipse intelligebat de
templo corporis sui quod illi iudei dissolverunt
eum crucifigendo et ille reedificavit resurge-
ndo tertia die [illegible] ut dicit Beda in glosa [illegible]

Instabilitas

Varietas

Theofilus

Beda

testis est qui non sensu intelligit que dicuntur
Tamen ad maiorem euidenciam lre et dictorum
bede hic est sciendum quod si testimonium alicuius sit
viz debet continere veritatem puritatem bonitatem Pro

Veritas

veritatem quia testis debet medius ut veritatem
dicat pro utraque parte ut dicitur in decretis xx-
xiiii q v non sane et de hiis que veraciter
nouit aliquo sensu corporis scilicet intellectu aut visu
siue auditu ut habetur iii q ix testes Seneca in
de quatuor virtutibus c° de prudencia dicit testimonium
veri non amicicie nec inimicicie reddes Jo
Exo xx precipit non loqueris contra proximum tuum
falsum testimonium Secundo debet verum testimonium continere

Puritas

puritatem Quia verus testis non debet ornate
dicere verba sua ut magis faciant pro parte
vna quam pro alia sed prout veritas se habet
via regia debet incedere ut iii q ix sint pura
Et quia quandoque contingit quod credens mentiri ali-
quis dicit veritatem et tale testimonium non est purum
quia peccat in intencione dicentis Et si quis
precio conductus fert testimonium verum de aliquo
quia tamen in consciencia sua ipse nescit verum
dicat verum aut falsum testimonium illius non ipse
pure vim propter quod apostolus dicitur ad Ro
ii° testimonium reddente consciencia scilicet ut consciencia sit firma
de testimonio oris Tercio debet testimonium continere

Bonitas

bonitatem ut videlicet testis non habeat intencionem
nocendi uel dampnum inferre insonti aut in-
nocenti Et si sit propter bonum proximi uel ad
vitandum dampnum alterius tunc tenetur verum
proferre testimonium ymo se ingerere ad hoc vnde
philosophus ii° rethorice c xxvi° dicit quod magis
est desistere a testimonio utili sic apostoli reddebant
iuum testimonium resurreccionis ihesu xpi Act
iiii Ex istis infertur quod falsum testimonium est ma-
ximum in genere et est peccatum mortale semper ut
dicit sanctus Thomas in ii ii q lxx art iiii

cena ut dicit li° de summo bono c. lix. falsidicus tribus est obnoxius. Primo quia contempnit deum. secundo quia decipit iniquum iudicem. tercio quia ledit innocentem. Ideo dicit proverbiorum xix testis falsidicus non erit impunitus. Modo ad propositum isti testes contra xpm proferebant testimonium contra veritatem quia male accipiebant sensum verborum xpi ut dicit beda. Etiam contra puritatem quia contra consciam et sub alio sensu quam audierant. Et contra bonitatem quia ad pessimum fine intendebant scilicet ad innocentem sine causa occidendum. Et ideo bene dicitur in litera quod testimonium eorum non erat conveniens et post ea sequitur.

Et exurgens summus sacerdos in medium interrogavit ihm dicens non respondes quicquam ad ea que tibi obiciuntur ab hiis. Ille autem tacebat et nichil respondit.

Beda dicit hic. Quanto ihus tacebat ad indignos responsione sua falsos testes et sacerdotes impios tanto magis pontifex furore superatus est. Et ad respondendum provocat ut ex qualibet occasione sermonis inveniat accusandi. Ideo dominus tacet quia sciebat quod deus quod quicquid respondisset torqueretur ad calumpniam. Ex quo potest elici quod sapiens homo ad dictorum sine interrogacionem non respondet sed tacet.

Racione modestie	Primo racione modestie quia
Racione prudencie	quamvis sapiens sit quod minus
Racione abstinencie	grandes sunt discipuli et preceptori ipse tacet

Et bene quia in cathone dicitur contra verbosos noli contendere verbis. Ideo ecclesiastici xxxiiij dicitur Qui interrogacionem manifestat parabit verbum et conservabit disciplinam. Et etiam dicitur xx° est tacens qui invenitur sapiens et est odibilis qui procax est ad loquendum. Secundo non respondet prudens homo sed tacet quia tempus respondendi ecclesiastes iii° dicitur tempus tacendi et tempus loquendi. Tercio racione abstinencie quia prudens homo scit quod responsio non esset utilis sed nociva rei publice.

Left margin: impunitus

Right margin: Primo xpi quod dixit / propter malos [illegible]

Right margin: locum

Right margin: Modestie / prov. 21 / In auribus insipientium ne loquaris / quia despicient doctrinam eloquii / tui

Right margin: prudens

Right margin: abstinencie

Left margin: Xpus tacuit [illegible] plura

1. Ut ostenderet suam iusticiam quia [illegible] quo ipsi [illegible] [illegible] [illegible] indignum [illegible] apud [illegible] [illegible] audire [illegible] indignum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] digna prov. 21 In auribus insipientium ne loquaris quia despicient doctrinam eloquii tui. Et Eccli 32 Ubi non est auditus non effundas sermonem. Et Nolite proicere margaritas ante porcos

2. Ut ostenderet suam misericordiam nolens [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] plus peccandi [illegible] [illegible] in malum plus perducerent

3. Ut ostenderet suam sapienciam quia sciebant [illegible] [illegible] quod quicquid respondisset [illegible] [illegible] in calumpniam

sicut mardocheus precepit hester ut de origine sua
omnino taceret dicitur hester ii° c° Et quia x
responsio si tunc iudeis attentius respondisset responsio
sua non esset utilis sed odibilis sicut dicit Theoph
in scripto suo tacebat autem sciens quod non atte
derent verbis eius sed magis eos ad calumpniam
attenderet Etiam non erat tempus respondendi quia
preparatum erat sicut ovis ad occisionem ductus
est et non aperuit os suum coram tondente
et ipse venerat adimplere que de eo scripta
erant Tertio quia passio sua erat pro bono generali
immo pro toto humano genere et ideo nolebat se
excusare de falsis que sibi imponebant ne redemp
tio mundi tardaretur aut impediretur Et ista re
citato [illegible] in questione suo in isto passu [illegible] quod taci
turnitas xpi apologiam [illegible] absoluit [illegible]
[illegible] lucas dicat quod ipse dixit Si dixero
vobis non credetis michi sed istud sermonem
equipollet taciturnitati quia tacere et nolle res
pondere ad questionem equipollet ~~Tunc iterato~~
~~Hanc enim summus sacerdos~~ et dixit ei Tu
es xpus filius dei benedicti Ihesus autem dixit illi
et ego sum et videbitis filium hominis a dextris
virtutis dei sedentem et venientem in nubibus celi
Respondeo primo quod matheus dicat quod xpus
respondit tu dixisti et marcus dicat quod ipse di
xit ego sum Glosa in questione suo dicat tantum
valere quod dixit xpus tu dixisti quantum ego sum
et cetera Sed quare respondit ad istam interrogacionem
summi pontificis et non respondit ad primam interrogacionem
ut dicitur est quia ut dicat philosophus in ethicorum [illegible]
c. Amator veri sine premitur ad iniuria sine
iniusticia [illegible] potest dici quod sicut dicat
Seneca li° viii declamacionum ipse medium
dicat quod aliqua que imponuntur non debent
excusari quia scilicet sunt manifeste falsa ut erat illa

Rursus summus sacerdos interrogabat eum

[illegible marginal notes]

que sibi primo imponebant. Talia sunt que debet
defendi. ut vera sicut erant illa que petebat
iste summus pontifex ind et statim dicit prius ubi
super verax de hys que ad se pertinent vita et
sermone verum dicere et nec maiora neque mi
nora. et quia quod erat de statu mentis ipius salva
toris. ideo verum dixit respondendo ego sum. Theo.
in scripto suo post aliam rem dicit quod xpus quamvis
non crederent tamen respondit ne postea dicerent si au
divissemus ab eo quod credidissemus. Et hoc autem factum est
in eorum prejudicium quia audierunt et non cre
diderunt. De hoc quod sequitur et videbitis etc.
grosse dicit Ricardus in quodam sermone suo. o iudee pugna
ne i the[illegible] tibi tu contemptibus infirmitas et
contumelia cruce est vide quod per hunc filius hominis
ad dexteram patris est sessurus ex partu vir
ginis homo natus in sua tu celi nubibus est
maiestate venturus. Tunc quos nunc [illegible] abiecta
destruxisti. quod. quia humiliavit semetipsum etc.
propter quod et deus exaltavit eum et dedit
ei nomen quod est super omne nomen ut in nomine
eius etc. genuflectat et omnis lingwa confiteatur
Jhesus xpus est in gloria dei patris.

Nubes pluviosa	Nubes prima sunt apostoli et
Nubes tenebrosa	predicatores qui doctrinam
Nubes fructuosa	veritatis pluunt de quibus
Nubes serenosa	dicitur ysa. lx. qui sunt isti

qui ut nubes volant. Secunda est fides que est
rerum non apparentium ad hebr. xi. et maxime
lex mosayca [illegible] i cor. x. patres nostri omnes
sub nube fuerunt. et omnes in moyse baptizati sunt
in nube etc. Tertia est dei misericordia que protegit
ad modum nubis ab estu et pluvia de qua
osee vi. misericordia vestra quasi nubes matutina. Quarta
est consciencia bona que facit germinare in bonum
eze. x. repleta est domus nube quo dominus
potest rem suam visitare deus misit nubibus. declarata

Pluviosa

Tenebrosa

Fructuosa

Serenosa

Filius homis

Quarto se nominat filium hominis non dei dico propter ... ut ostenderet esse unam personam dei et hominis. Secundo humilitatem quia in xpo sic dixit genus divinum et humanum ... se nominat ex parte inferiori scilicet matris. Tertio ad ostendendum humane nature dignitatem quod talis est ut ab ea filius dei filius hominis nominetur. Illud Deut. iiii non est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi sicut deus adest nobis. Summus autem sacerdos scidit vestimenta sua et ait quid adhuc desideramus testes audistis blasphemiam. quid vobis videtur. Mos enim erat iudeis qui audiebant aliquid triste turpe aut blasphemum quod ipsi scindebant vestimenta sua et maxime contra deum. quod et paulus et barnabas fecerunt in lycaonia qui homines ... volebant eos adorare ut patet act. xiiii. et hoc iudei faciebant in signum tristicie et doloris et hoc summus sacerdos monstravit quod xpus intollerabilem blasphemiam contra deum dixerat et modis blasphemia deus summus ... filius dei. et ideo dico quod blasphemia in deum est peccatum gravissimum. quia includit infidelitatem ut alibi diffuse tractavi. Beda mistice exponens dicit altiori miraculo et misterio factum est ut in passione domini pontifex iudeorum sua ipse vestimenta dissideret. figurabatur enim quod sacerdotium iudeorum scindendum erat et a sue integritatis ... modo solvendum. Tunica domini inconsutilis non scinditur neque frangitur. quia soliditas sancte ... ecclesie que in veste xpi figuratur nunquam ... disrumpi. quia semper indivisibilis manebit. Ideo in fine de passione domini pulchre dicit ... aucte ... audita ... moris ... scindit vestimenta sua et nesciens quod hoc significaret infamia sacerdotali se honore priuaret ...

Hic ... [illegible]

Beda

preceptum illius quod legitur principe sacerdotum de
capite suo tiaram non deponet et vestimenta sua
disrumpet et istud scribitur levit. xxi. Qui in
condempnaverunt omnes esse reum mortis. Ista
non fuit sententia iuris sed facti nec fuit sententia iu-
diciaria quia eis non licebat iudicare quemquam
ut ipsimet dicebant Joh. xviii. Sed erat condemp-
natio voluntaria et sic scripture de eo adimple-
bantur Osee vii Dicit ego redemi eos et ipsi
locuti sunt contra me et Job xvi suscitatur
falsiloquus adversus animam meam. Sed ipsi crede-
bant se obsequium prestare deo quia tanquam
blasphemum eum morti adiudicabant Nam in
lege eorum scriptum erat levi. xxiiii Qui blas-
phemaverit nomen domini morte moriatur et ipse
dicebat se deum. Ex istis statim videtur quod sententia
eorum erat recta quia qui iudicat secundum legem
datam a iusto legislatore iuste iudicare videtur
sed isti iudicabant secundum legem suam ut dictum est
que erat data a deo qui est legislator verus
quia in legislatoribus non est similis ei ut
dicitur Job xxxvi igitur etc. Item quia ipse passus
est nolens Ysa. liii passus est quia ipse voluit
nullus autem patitur iniustum nolens ut dicitur v°
ethicorum igitur iniuste non fuit condempnatus. Sed
contra quod dicitur prima Petri ii tradebat autem iudica-
nti se iniuste ergo iniuste fuit condempnatus ergo
iniusta sententia. Respondeo hic et dico quod actio de sui
ratione procedit ab agente passio autem secundum rationem
suam ab alio unde non potest esse idem agens
et patiens secundum idem ut habetur iii et viii
phisicorum. Illud autem proprie homo facit quod volens
facit et ideo homo proprie patitur quod preter voluntatem
suam patitur unde proprie loquendo volitio alicuius
effectus magis se tenet ex parte agentis. Potest tamen
aliquis minus proprie loquendo pati patiendo nolens ut
quia plus alii dat aliquis alteri ex sua voluntate quia ro-

Omnes

reum esse

quod

exigat et quia sententia vel condempnacio se tenet
ex parte magis sentenciantis quam pacientis et sic
prophetizaverat Job xxxvi capitulo eius quod ipsius iudica-
ta est. Dicendum quod sententia ista ex parte condempna-
ncium attendi debet et quia intencio eorum erat
perversa et sententia eorum etiam debet dici falsa et per-
versa. Ad primam racionem dico quod ipsi non loque-
bantur contra deum blasphemiam cum esset deus
ut ipsi percipere et credere poterant et debebant tum
propter doctrinam eius tum propter opera eius quibus
magis credendum est quam sermonibus ut dicitur
x. capitulo [?] et ideo non credebant quod ipse esset filius
dei excusacionem non habebant et sic magis
contra deum inferebant blasphemiam et sic per
legem non iudicabant. Ad secundam racionem quod vo-
lens passus fuit ex obediencia quam habebat ad patrem
suum quia voluntatem quam habebat ex parte hu-
manitatis posuerat in ordine voluntatis
divine et quia passus est solum in humanam nature
ideo ut sic passus est non voluntarie pure
sed magis naturaliter et quasi per accidens ut dictum est
supra. Et ceperunt quidam conspuere in eum et
velare faciem eius et colaphis eum cedere
et dicere ei prophetiza et ministri ~~eum~~ alapis ~~cede~~ eum
cedebant. Thomas dicit quod sustinuit non solum nobis
dans exemplum ut sustineamus pro eo superbia opprobri-
ne necesse sit et tollamus crucem suam et sequamur
eum sicut ipse pro nobis sustinuit sed etiam
hoc passus ut adimpleretur scripture que
de ipso scripte erant. Nam Ysaias prophetizaverat
l. capitulo Corpus suum dedi percucientibus et ge-
nas meas vellentibus et faciem meam
non averti ab increpantibus et conspuentibus in
me. Alia edicio secundum dorsum meum dedi ad
verbera et maxillas meas ad palmas et Trenorum 3
in dabit percucienti se maxillam saturabitur opprobriis

Ponitur [?] Christi per malignos Iudeos vituperacio. [?] conspuebant in faciem eius.

Theophilus

et michee v° in maxillam percucient iudices
israel Job xvi exprobrantes percusserunt maxil
lam meam saturati sunt penis meis Dominus
in scripto suo et ponitur in glosa mistice Et
hoc totum sustinuit ut reatu suo reatum nostrum
solueret et uelamine faciei sue uelamen cordium
nostrorum auferret et sputis susceptis faciem anime
nostre a sordibus liberet et colaphis quibus
in capite passus est caput humani generis
quod est Adam sanaret et alapis quibus
expalmatus est maxima laus eius nostris ma
nibus labiis quoque plauderet ut dicat omnes gen
tes plaudite manibus Nondum pro concordia
Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obisset. Chrisostomus
dicit quod Ioseph audet animum laudabilem. Non
enim cogitabat si a iudeis expelletur aut accusa-
retur quia petivisset corpus eius qui pro blasphe-
mys fuerat condempnatus. Dicamus tamen licet
non sit autenticum quod iudei propter hoc et audita
honorificentia sepulture domini detinuerunt eum
in carcerem ubi dominus resurgens prius habuit
visionem et cum venissent eum occidere a Christo de
carcere liberatus / et totam hystoriam plane inve-
nies in evangelio Nicodemi ubi multum de ista
materia. Pilatus vero mirabatur quia latrones
in patibulis consueverant diu vivere. Et ideo cum
didicisset a centurione quod mortuus erat dona-
vit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus syndonem
et deponens eum involvit in syndone. Est hic
sciendum quod secundum quod dicit Iohannes capitulo xix sepul-
ture domini interfuit Nicodemus ferens mixturam myrre
et aloes quasi libras centum / quia preservant
corpus a putrefactione. Sicut dicunt aliqui quod lin-
theamina quibus involutum fuit corpus domini
fuerunt alia a syndone quod emit Ioseph.
Unde et Silvester papa ordinavit ut corpora-
lia que ponuntur in altari quibus involvuntur
hostie sacrate fieret de panno lineo mundo non
de serico aut panno tincto. Et posuit eum
in monumento quod erat excisum de petra
et advolvit lapidem ad hostium monumenti.
Beda in questio suo de monumento Christi dicit [illegible]
domus rotunda de super adiacente rupe excisa
tante altitudinis ut intro consistens homo vix
manu extenta culmen possit attingere. Que
habet introitum ab oriente. Cui lapis ille magnus
appositus atque impositus fuit. In cuius mo-
numenti parte aquilonari sepulcrum ipsum
hic locus dominici corporis de eadem petra factus
est septem habens pedes longitudinis. Trium vero
palmarum mensura altius cetero pavimento.

Et adversitate [illegible] interrogavit eum si iam mortuus esset et cum cognovisset a centurione donavit corpus Ioseph

Beda

[illegible] Nicodemum [illegible]
Ioseph [illegible] mercatus syndonem [illegible]
[illegible]
[illegible] deponit et ipsum syndone involvit
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Nicodemum [illegible]

[illegible] Joseph [illegible] Nicodemus [illegible] [illegible] [illegible] aloes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corrupcio [illegible] [illegible] passionis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] publicum

qui videlicet locus non desuper sed a latere meridiano per totum patulus erat unde corpus inferebatur. Dicit magister in hystoriis quod erat quasi sarcofagus super latus inclinans aperturam a latere unde non desuper. Color monumenti ac loculi rubicundo et albo dicitur esse permixtus nec sine misterio quia ille qui intus ponebatur erat candidus rubicundus sicut dicitur Cant. v°. Nam erat candidus per puritatem et innocentiam rubicundus per caritatem passionem. Theo. exponit istud moraliter sic dicens Imitemur et nos Joseph recipientes Christi corpus per unitatem et ponentes illud in monumento exciso de petra, id est in anima memorante et non obliviscente Dei. Illa enim anima est ex petra excisa, id est ex Christo qui est petra que continet firmitatem. Involvere eciam debemus ipsum in syndone munda, id est in corde puro suscipere. Syndon autem signat corpus quod est anime indumentum. Decet enim pura anima non solum Christum suscipere sed in corde puro. Involvere autem quod sed non apperire nam secretum clausum est et occultum. Beda vero istam sepulturam allegorice exponit: quia vi die factus est homo, vii die do-minus requievit ab operibus suis, recte salvator vi die crucifixus humane restaurationis opere sabbato in sepulcro requiescens resurrectionis que viii die venturi erat expectabat eventum. Sic et nos in hac quidem seculi etate in-do necesse est pro domino et cruci figi. In vii vero, id est cum morte aliquis debitum solvit corpora quidem in tumulis animas autem secreta in pace cum domino gaudere et post bona opera quiescere donec octava veniente etate eciam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus incorrupcionem accipiant hereditatis. Sed causa solacionis quod potest quid anima Christi fecit in triduo quo corpus Christi iacuit in sepulcro et cum tenet a sanctis

Theo

Beda

xix

2x

Cor

quod descendit cum divinitate in infernum ad li-
berandas animas que suum adventum expec-
tabant / sed contra posset argui sic Augustinus in epistola
ad dardanum dicit quod non facile aliquid scrip-
turarum nomine inferorum invenitur in bono / et in
epistola non multum post principium / sed christum non
dicit intrare in locum nisi sonantem in bonum /
/ ergo non intravit in infernum / Item non fuit
simul in paradiso et in inferno / sed statim postquam
fuit mortuus fuit in paradiso / quod patet
per illud quod christus dixit latroni penitenti hodie
mecum eris in paradiso et est luce xxiij ergo pro
tunc non fuit in inferno / Sed oppositum tenetur etiam
in symbolo ubi dicitur quod christus descendit ad
inferos / Breviter videndo ad istud et dico quod sicut
supra in ista lectura dixi large loquendo de
inferno ymaginantur a sanctis esse quatuor lo-
ca

Dampnatorum

Inferior
Sinister
Dexter
Superior

In inferiori dicuntur esse dampnati
quia ibi est dei iracundia et in
illo inferno nulla est redemptio
quia ibi sicut dicitur in psalmo laborabunt in eternum et vivent adhuc
in finem / Secundus locus sinister est ubi sunt
infantes mortui ante octavum diem circumcisi-
onis / et qui decedunt sine baptismo ibi sunt
quasi numquam fuissent / quia ibi est dei oblivio
de quibus in psalmo sicut vulnerati dormientes in se-
pulcris quorum non est memor amplius / et
in istis duobus locis non descendit christus / quia
ibi non erant anime participes sue redemptionis

Limbus puerorum

Tertius locus dicitur esse purgatorium in quo anime
in gratia descendentes que tamen non fuerunt
purgate hic in mundo ibi perficiunt quod erat pur-
gandum in eis / et ibi intravit ut dicunt sancti
et glossa super illo actuum ij ubi dicit petrus / hunc
deus suscitavit solutis doloribus inferni / et
in inferno non erant solubiles dolores nisi in
illo loco et ex merito sue passionis quod erat purgandi [illegible]

Purgatorium

Sinus Abrahe

Non tamen primo ibi descendit / Sed primo ad
locum superiorem in quo erant sancti patres
qui ab inicio decesserant in gracia / et ibi pa-
tiendo tenebras exteriores sine aliqua culpa
pena in spe expectabant redemptorem mundi
/ et dicebatur locus ille sinus Abrahe vel lim-
bus patrum / De quo Job xiiii dicebat · quis
michi tribuat ut in inferno protegas me et
abscondas donec pertranseat furor tuus et con-
stituas tempus in quo recorderis mei / Ubi primo
cristus descendit ad secundum patrum liberacionem
Cuiusmodi gaudium ibi tunc fuit quando infinita ibi
habitantes illuminavit / Diabolum ligavit / portas in-
ferni fregit / quando sanctos predictos qui per tantum
tempus ibi fuerant extraxit / quando et quomodo patriar-
che et prophete quasi dicere cantabant suas voces can-
tilenas qui vult mira et delectabilia videre,
videat evangelium Nichodemi / Et sic patet quia ab inferno
purgatorii liberavit animas ibi existentes et animas
sanctorum in limbo expectantes / Dicitur quod descen-
dit ad inferos / Nec rationes valent / Primo non / quia licet
ante adventum Christi locus ille non esset decens
quia ibi sancti paciebantur tenebras exteriores
quia carebant visione clara beatifica / tamen quando
venit ibi cum multitudine angelorum tunc ha-
bitantibus in regione umbre mortis lux orta
est et totus locus impletus gloria domini et sic fuit
locus decens / Ad secundum dicendum quod auctas luce xxiii
accepit paradisum pro visione et fruicione divine
maiestatis que sibi fuit concessa post mortem eius
ut latroni et sic patet de isto / Sequitur Maria Magdalena
et Maria Joseph aspiciebant ubi poneretur / Glo-
sa specialiter exponit quod secundum quod dicit Lucas nulli
noti ipsius Christi aspiciebant a longe / Sed com-
mortuo quilibet ad propria remeavit / sole mulieres

c xvj [illegible]

que ardenciu9 amabãt remanserunt vt scirent
vbi corpus poneretur | et ut in illo sero et p tota
nocte[m] pararent vngenta | vt post sabbatu[m] veni
rent ad eu[m] iam vngendu[m] | Et concludit moral
q[uod] iste mulieres signant aias deuotas et cari
feruidas que in isto seculo qui dicitur pasceues
quia iste mundus non est nisi tempus p[re]parac[i]o[n]i[s]
quo parandu[m] est sabbato .i. requie futura dis
ponitur et p[re]parant vngenta scilicet earum deuocionu[m]
et oracionu[m] et operacionu[m] ad eum vngendum
.i. placandum vt in illo requiei sabbato possit
digna contemplac[i]o[n]e b[ea]te resurreccionis p[ri]mo
feliciter congaudere · et finitur xv[m] capitulum |

Et cum transisset sabbatum Maria mag[dalena]
et maria Jacobi et Salome emerunt
aromata vt venientes vngerent ihesum

Post q[uam] descripta est reduccio peccatorum ad d[eu]m
per xpi predicacionem et passionem | hic consequenter de
scribitur predicta reduccio per suam resurreccionem
et ascensionem | et p[ri]mo describitur manifesta
cio sue resurreccionis | sec[un]do ponitur sublimacio
sue ascensionis · ibi et d[omin]us quidem ihesus | p[ri]ma in
duas | quia p[ri]mo describitur manifestacio
per annunciacionem angeli | 2o per manifestacionem ip[s]ius
ihesu xpi · ibi surgens ihesus | In p[ri]ma parte de
scribitur aduentus mulierum ad sepulcrum | vbi au
dierunt ab angelo resurrexisse d[omi]n[u]m et sic de
et cum transisset etc. | primo quidem inspiciemus circa p[re]am
bulum ... post aliqualis circa p[ro]p[ositu]m instantem | et p[ri]mo
ra... que fuerunt iste mulieres · Dictum est p[re]
in alio c[apitulo] · maria Magd[alena] superius fuit descripta
Maria Jacobi dicitur mater Jacobi minoris
Joseph | et symonis | et iude | maria salome
denom[inatur] a suo patre qui fuit eius maritus
ipsius anne matris b[ea]te virginis | et q[uia] q[ua]n[do] in diua
uerat sabbatum non erat eis licitum aliquid
emere aut parare | sed in vespere eius dici emabant

Sabbatum 16
et v[esper]a[m] ...
... c[apitu]lu[m]
... 7

Nota

Religiosi [illegible]

sollempnitas / et tunc emerunt aromata vt mane
summo valde mane venirent ad sepulcrum et veni
entes vngerent ihesum / et ideo valde mane vna
sabbatorum sciendum quod omnes dies
illius ebdomade dicebantur sabbata / pro tanto
quod omnes erant festiui / eo quod sollempnitas pa
scalis durabat . vii diebus / prima tamen dies
et vii sollempniores erant / quia in media non po
terat pari et emi aromata / et ideo alii aliis
que fauerant in parasceue ille summo mane
sabbati emerunt aromata / et dicit sabbatorum
vna . i. prima die post sabbatum / quia iudei omnes
dies ebdomade computabant a sabbato / sic quod
dies dominica erat prima sabbati dies lune secunda
sabbati et sic de aliis diebus / Gentiles computant
secundum nomina septem planetarum / sic quod dominica
dies dicitur a sole / dies lune dicitur a luna dies
martis a marte / dies mercurii a mercurio / di
es iouis dicitur a ioue / dies veneris dicitur a vene
dies sabbati a saturno / Romani autem dicunt
ferias computando a sabbato / sic quod dominica
dies dicitur prima feria / dies lune ii feria et
sic de aliis / et notandum hic quod in isto passu
quod ponit Augustinus libro de consensu euangelistarum videntur
esse contrarietates inter euangelistas / prima est inter ma
theum et marcum / quia matheus dicit quod vespere
sabbati sequitur quando adhuc tenebre essent mu
lieres venerunt ad monumentum / et marcus dicit
quod orto iam sole / Secunda est inter matheum
et alios / quia matheus dicit quod mulieres viderunt
angelum supra lapidem monumenti sedentem
habentem aspectum sicut fulgur / et lucas dicit
apparuerunt mulieribus duo viri in veste alba
Tercia contrarietas videtur esse inter Johannem
et alios euangelistas / quia Johannes non notat
nisi mariam magdalenam venisse ad monumentum

Sabbatum

Iudei

gentiles

Romani

Nota

1

2

3

Sol . luna . mars . mercurius . iupiter . venus . alias saturnus

et alii tres ponunt plures venisse. Ad istas con
trarietates concordare dicit Aug(ustinus) quod prima solvitur
quia per vespere intelligitur quelibet hora noctis
qua mulieres paraverunt aromata. vel pro vespere
ita scriptura intelligit diluculum sicut crepusculum
secundum regulam grecismi quod vespere dicitur quelibet
hora. Et tunc accipitur in matheo in ablativo casu
secundum Augustinum ubi b in cui accipitur adverbialiter
quando dicitur vespere autem sabbati. Unde exponit
quod vespere sabbati id est quando nox terminatur in prima
sabbati. et de hoc quod marchus dicit quod orto iam
sole. et Matheus dicit quod adhuc tenebre erant
sic Aug(ustinus) concordat quod mulieres inceperunt venire cum
adhuc venerunt iam sol ortus erat. Vel aliter
exponitur sic. quia ex quo aer incipit albescere
a parte orientis dicitur dies est. et quia dies nichil
aliud est nisi latio solis in emisperio nostro. ideo
quando incipit dici dies potest dici quod sol ortus est
vel oritur. et sic exponit Augustinus quia diluculum
erat sed nondum sol super terram apparuit et
solvitur prima contrarietas. Secunda solvitur. quia secundum
veritatem historie Christo resurgente descenderunt
duo angeli in corporibus assumptis. et in descensu
fecerunt commotionem aeris et motum terre. et
iam Christo extra sepulcrum facto. quia exivit
sepulcro clauso. sicut ipse clauso exivit de virgine
utero clauso ut dicit Aug(ustinus) libro de simbolo. unus
angelorum amovit lapidem sive revolvit ab
hostio monumenti. et sedit supra lapidem. et tunc
pre timore custodes facti sunt velut mortui. et
fugerunt. ille quidem angelus dixit mulieribus cum
querunt viventem cum mortuis sicut dicit lucas
Alius autem angelus erat intus sepulcrum
sedens a dextris coopertus stola candida. Et quia
angeli apparuerunt in corporibus assumptis lucas dicit quod
apparuerunt duo viri et sic solvitur secunda contrarietas

Matheus
Marcus

[3]

Tertia breviter solvit Augustinus quia et si Johannes
non nominat nisi Mariam Magdalenam / alias mu-
lieres non negat advenisse / et sic non contradicit
Et quia istud factum non caret misterio sicut dicit
Gregorius Omelia paschali. sic nos qui in eum qui
mortuus est credentes si odore virtutum referti

[Nota]

cum opinione bonorum operum dominum querimus ad
monumentum illius perfecto cum aromatibus
venimus. Unde notandum quod sunt tres mulieres
et quelibet vocatur Maria que secundum denominaciones
suas significant ut quod dicit Theologus in scripto suo me-
tem manum et linguam / quia manus operatur lin-

[Mentis]

gua loquitur / mens meditatur / et si volunt in-
venire deum et eum ungere / oportet quod quelibet habeat
unguenta / unguenta mentis sunt contricio com-

[contricionis]

passio devocio / unguentum contricionis Unguentum
contricionis conficitur de speciebus amarissimis
id est de peccatis propriis / et crescunt in orto nostro
et si sunt amara / sunt tamen utilia unguentum

[compassionis]

Unguentum compassionis conficitur ex speciebus duris-
simis et insipidis / que sunt miserie proximorum
que nobis esse dura debentur / et crescunt in

[devocionis]

orto vicino / Unguentum devocionis conficitur ex spe-
ciebus preciosissimis / que sunt beneficia a deo
gratuite data / et crescunt in orto divino de quibus
unguentis dicitur ad animam sanctam Canticorum 1° Trahe
me post te curremus in odore unguentorum tuorum

[Lingue]

Unguenta lingue sunt dilecta sunt laudacio de-

[Laudatio]

vota oracio et sincera confessio / species ex quibus
conficitur primum sunt sancte predicaciones in-
structiones et castigaciones / et crescunt in orto

[Oratio]

prudencie / Species quibus conficitur devota
oracio est fides credendorum / spes divinorum bonorum
desiderium futurorum premiorum / Species quibus

[confessio]

conficitur sincera confessio est dolor culpe
pudor offense / spes venie / De isto unguento

Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole ~~Et dicebant ad invicem quis revolvet nobis lapidem ab hostio monumenti~~

... vox quam ... et ... sup ... lux cum magis apparet ... aurora

bene dicitur prov. xxvii unguento et variis odo
ribus delectatur cor hominis et quia consiliis dul
corabitur. Unguenta manuum sunt opera misericordie
in istis usibus continentur visito poto cibo re
dimo tecto colligo condo. Istud unguentum
consistit sicut dicitur cane cum ex mirra et
aloe cum omnibus primis unguentis. Et de hoc
contendit gregorius ubi supra quod mulieres veniunt
cum aromatibus venimus quia nimium ille
mentes super nos caues aspiravit que cum
virtutibus ad sancta desideria premium. Et di
cebant ad invicem quis revolvet nobis lapi
dem ab hostio monumenti. Et respicientes vi
derunt revolutum lapidem. erat quippe magnus
valde quia textus est clarus ideo sancti non
insistunt circa sensum litteralem. Sed beda exponit ad
sensum allegoricum. Monumentum clausum
lapide signat revelatores sacrorum christi que pelli
mine [illegible] legalis degebantur insinuat. Lex
enim in lapide scripta fuit. Cuius ablato tegmine
gloria resurrectionis ostensa et abolitio mortis antique
ac vita speranda perpetua cepit toto orbe predicari.
Thomas exponit quod monumentum clausum significat sa
cram scripturam in qua christus quasi sepultus latet secundum
sensum misticum allegoricum et anagogicum. Mulieres
autem sunt mentes intente et ardentes ad inqui
rendum et investigandum medullam eius
Et quia misteria in sacra scriptura latentia non
possunt sciri sine diligenti inquisitione quia est liber
signatus scriptus tamen intus et foris. Apocalipsis
v. ideo dicebant intra se quis revolvet nobis
lapidem ab hostio monumenti. quasi dicentes
illud Actuum viii et quomodo possum hoc scire nisi aliquis
michi ostenderit. Et quod scribitur prov. ii Si quesieris
sapientiam quasi pecuniam et sicut thezaurum effo
dies illam et tunc intelliges timorem domini
ideo bene sequitur quod respicientes viderunt revolutum

Et introeuntes in monumentum i. intra clausuram que erat ante monumentum ... ad monumentum quasi monens sepulcrum que approximat ... anima populi et ... de morte ... sic mortuus

Viderunt iuvenem

Luce xx ... ... ostenderunt ... ... illos in veste fulgenti i. duos angelos in ... ... apparuerunt ... angeli ... ... intra ... clausuram sedens super lapidem revolutum

lapidem etc. et sic pervenitur ad sensum sacre scripture diligenter inquirendo. Et introeuntes in monumentum viderunt iuvenem sedentem in dextris coopertum stola candida et obstupuerunt. Augustinus in de consensu evangelistarum dicit quod non est hic tres angelos mulieribus apparuisse, quorum unus revolvit lapidem, et sedit supra eum [ex monumentum], et intra monumentum apparuerunt duo, quorum unus ad caput alius ad pedes ubi positum fuerat corpus Ihesu. Marchus vero non nominat nisi unum qui sedebat a dextris, tamen non negat quin alii angeli venissent et secundum Bedam in glosa sua hic, eum erat in dextris quia nimirum quod supinum erat iacens, caput habebat ad occasum, dexteram autem necesse erat habere ad austrum. Gregorius in omelia paschali et Beda eadem verba recitat hic in glosa sua mistice exponit dicens. Nos nobis est quid namque sit quod in dextris sedere angelus sedere cernitur. Quid namque per sinistram nisi vita presens, quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur. Unde scriptum est, leva eius sub capite et dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat, recte angelus qui nuntiare perhennem eius vitam venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festivitatis nostre gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostre denuntiat sollempnitatis. Nostre dicamus an sue? Sed ut fateamur verius et nostre dicamus et sue. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, et angelorum festivitas, quia nos revocando ad celestia eorum numerum implevit. Sed ut dicit Gregorius: Quid audientes feminas audiamus. Nolite expavescere. Ihesum queritis Nazarenum crucifixum, surrexit.

Nolite expavescere (?) ... [illegible]

c xvi f

non est hic ecce locus ubi posuerunt eum Sic
alias dixi in ista lectura / visio sine apprehensio
alicuius insoliti et mirabilis est causa horro
ris stuporis aut timoris / et ideo mulieres in
visione angelorum obstupuerunt et propter
hoc dixit eis angelus Nolite expavescere
quod iniustice exponens Gregorius ubi supra dicit
ac si aperte dicat pavescant illi qui non amant
adventum supernorum civium / pertimescant qui
carnalibus desideriis pressi ad eorum societatem
se pertingere posse desperant . vos vero pertimescatis
qui vestros concives videtis. De hoc quod dixit
surrexit / possit queri de hora qua Christus a mortu
is resurrexit / quia de hoc varie locuntur sancti
doctores / Primo Remigius li° xii° quoniam dicit
quod greci pro vespere quod sabbati dicunt hunc sero et sic
tenere videntur quod Christus surrexit in nocte et vi
detur similiter in nocte et antequam in diluculo quando
mulieres venerunt ad monumentum iam surre
xerat sicut dicitur hic in textu / Item Zozimus
papa qui instituit benedictionem cerei paschalis
et secundum cronicas sedit in cathedra pe
tri circa annos domini cccc xxviii In benedic
tione cerei dicit sic O vere beata nox que sola
meruit scire tempus et horam qua Christus a mi
feria resurrexit / Ergo secundum eum Christus surrexit
in nocte / Ambrosius in pluribus tenet quod surrexit
diluculo et allegat prophetiam Osee vi° quasi di
luculum paratus est egressus eius / Et in psalmo Exur
ge gloria mea exurge psalterium et cythara et
respondet dominus exurgam diluculo / Augustinus in
de trinitate c. iii° plane vult quod surrexit dilu
culo / et istud ipse alibi probat / quia ut dicit
multi Christus iacuit in sepulcro xl horis quod iiii
horis vespertinis parasceves / et xxxvi post sequuntur
in duabus noctibus et in uno die Et ecclesia

Nota
De hora
Sero
In nocte
Zozimus
Ambrosius
In diluculo
Augustinus

hoc apparere videtur quod in diluculo die resurrectionis cantatur matutinale officium. Et in prosa cantatur mane prima sabbati surgens dei filius etc. Sic igitur magister videtur michi quod assentiendum est quod in diluculo anima christi redijt ab inferis et reddita est corpori facto in passibili et glorificato. Sed utrum anima christi facta sit impassibilis cum egressa est a corpore aut tunc primo cum reddita et reunita fuit facto corpori glorificato alicubi non memini me legisse et ideo pro nunc causa brevitatis transeamus. Sed ite dicite discipulis eius et petro quia precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Beda hic in glosa sua querit cur nominans discipulis in generali specialiter petrus designatur nomine. et respondet quod si hunc angelus nominatim non exprimeret qui magistrum negaverat venire ad discipulos non auderet. vocatur igitur ex nomine ne desperaret ex negacione. Qua in re considerandum nobis est cur omnipotens deus eum quem cunctis ecclesie prefecit disposuerat ancille vocem pertimescere et ipsum negare permisit. quod nimirum magne actum pietatis dispensacione cognoscimus. Ut is qui futurus erat pastor ecclesie in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. Secundo hic vix licet querimur. Cur magis in galileam apparere discipulis voluit quam alibi. et quare locum nominavit. et tempus quo ipse ibi appareret tacuit. Respondet glosa sic corpus glorificatum extra tempus est et non extra locum. tempus perit omnis non. iuxta illud Apocalypsis x. quod iuravit angelus quod amplius non est tempus. et ideo nominavit locum et non tempus. Ad primam questionem Galilea a discipulis videatur. Respondet Beda ... iustitie sic. Iam quippe redemptor noster a passione

Beda Marcus dicit precedet vos in Galileam ubi eum videbitis sicut dixit vobis. Nec hic ibi visum reperitur. Matheus hic dicit discipulos in Galileam abisse quo misit illos ubi quod dicitur vidisse et adorasse et precepta ab eo accepisse ... Mul... quod ... in ... Resurrectionis in Jerusalem et in Castello Emaus ... in Galileam ... videndi ... cum ...

Specialiter petrus ... nominat angelus ... ad ... quia ... negaverat.

Cur

Beda

Nota

Nota

Nota

Nota

Beda ... Galilea ... apparuit

[illegible marginal note, 4 lines]

ad resurrectionem a morte ad vitam a pena ad gloriam a corrupcione ad incorrupcionem transmigraverat quia galilea transmigracio interpretatur. Io post resurrectionem in galilea a discipulis videmus eius gloriam post leti videbimus si modo a viciis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nunciatur in transmigracione ostenditur quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur in transmigracione mentis videtur. At ille exeuntes de monumento fugerunt invaserat enim eas tremor et pavor et nemini quicquam dixerunt timebant enim. Hic merito Augustinus in libro de consensu evangelistarum movet questionem quia Marcus dicit quod nemini dixerunt et lucas dicit quod mulieres regresse de monumento nunciaverunt hec omnia undecim et ceteris omnibus et Matheus dicit quod exierunt de monumento cum timore et gaudio magno et cucurrerunt nunciare discipulis eius. Respondent Augustinus et beda dicentes intelligendum est quod ipsorum angelorum nemini ausas fuisse aliquid dicere et respondere ad ea que ab ipsis audierunt aut etiam custodibus quos iacentes viderunt nec gaudium de quo Matheus loquitur repugnat timori de quo Matheus dicit. Cur enim utrumque in illarum animis fuit etiam intelligi si Matheus de timore diceret. Secundo quod angelus ubi supra dixit quod videtur lira sonare quia dicitur in galilea eum videbitis etc. quod ihesus non erat se demonstraturus discipulis nisi in galilea. Et ideo queritur hic pro solucione istius utrum per articula sic per tales apparitiones debuit xpistus probare suam resurrectionem et videtur quod non quia principia fidei non sunt probanda sed illa scilicet resurrectio xpisti est unum de articulis fidei sed in iudicium probat apostolus I cor. xv. Articuli autem fidei sunt principia sue

[illegible marginal notes]

quod.

Con

[illegible marginal note, 8 lines]

theologie ergo non fuit decens ipsam probare / Secundo quia experimentum facti tollit meritum fidei secundum Gregorium in omelia ergo per experimenta visionis ac tactus non probavit nec ipsum debuit probare / Contra dictum primo de Christo dicitur quod discipulis suis prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies xl etc. Item Christus voluit quod apostoli essent testes sue [struck] / sed testis debet certificari de re de qua testificatur / ergo debuit eos informare de resurrectione et eam declarare / Unde hic quod conveniens fuit Christum per argumenta suam ~~rationem~~ probare et declarare secundum exigentiam materie / et quia articulus [struck] aliquas probationes excedat in mentis in una autem hoc probari ideo dicunt quod sic fecerit / Ad primam rationem dico quod in scientia prima potest procedi etiam primum inter prima probatione persuasoria / et a posteriori unde philosophus in metaphysica persuadet et per eam defendit istud primum de quolibet affirmatio et negatio sed non simul / tamen quod ista sit prior quod metaphysica non fuit indecens probare aliquod principium suum sive probatione predicta / Ad secundam dico quod probatione meritum non tollit si sit talis probatio que meritum consolatur / nec tamen ipsum certificat sine aliqua supernaturali et intrinseca illustratione et talia argumenta per que rationem suam probavit / Ad tertiam dico quod primo articulos alios probavit secundum exigentiam materie / unde articulos pertinentes ad divinitatem probavit per miracula et per auctoritates legis / et quia nativitas passio ascensio sensibiliter videbantur ideo non indigebant per argumenta probari / sed quia rationem suam nemo viderat / quia enim resurgentem nemo vidit ideo per signa sensibilia eam ostendere voluit ut

Aliud argumentum

Resurrectio

sua

Resurrectio

1

2

3

una poss[it] venire in cognitione sine ratione
et sic p[atet] ad istam questio[nem]

Surgens aut[em] mane p[ri]ma sabbati apparuit
p[ri]mo marie magdalene de qua eiece
rat septe[m] demonia. Notandu[m] est hic
p[ri]mo q[uod] sicut dicit in q[uar]to suo per hoc q[uod] dicit
ewa[n]g[elist]a q[uod] surgens mane p[ri]ma sabbati / aperte o[stendit]
q[uod] saluator noster in diluculo die t[er]cia p[ost] sabbatum
id est in dominica surrexit / ut impleretur illud psal
miste ad vesp[er]um demorabit[ur] fletus et ad matutinu[m]
leticia. S[ecundo] de hoc q[uod] dicit ewa[n]g[elist]a apparuit primo
magd[alene] de qua eiecerat vii demonia est dis
sonancia inter doctores / nam aliqui dixe
runt ut Theophilus q[uod] fuerunt due marie / et
quel[ibet] fuit cognominata magdalena a mag
dalo castello quod est p[ro]pe jer[usa]l[e]m / quarum una
fuit soror lazari et marthe et iure here
ditario denominabatur a magdalo magdalena /
Alia que fuit nata de magdalo et domina
castri / et ista dicitur fuisse peccatrix / et p[ro]pter
peccata possessa a demonijs / et de ista lo[quitu]r
marchus hic. Verum petrus comestor in hi
storijs scolasticis ponit dissonancias que vide[n]t[ur]
esse inter ewa[n]g[elist]as de istis / ad probandu[m] q[uod]
fuerunt due marie magdalene. v[idelicet] s[ecundu]m johe[m]
xx. Una istarum nescit / s[ecundu]m matheu[m] altera
scit ut p[atet] xxviij c[apitulo]. Una admittit[ur] tenere pedes
domini s[ecundu]m matheum ubi supra / altera p[ro]hi
betur s[ecundu]m johe[m] / Una meruit videre ange
lum statim cum venit ad monumentum / alia
nichil vidit / Una discipulis xp[ist]i resurrexi
sse nunciavit / Alia xp[istu]m raptum esse credid[it]
ista plorat / Alia gaudet / ista invenit / alia
querit et plura talia possent dici s[ecundu]m q[uo]d
ewa[n]g[elist]e videntur pon[er]e / et quia magis nota est
concordare ista licet fieri poss[it] apparuit in[...] inq[...]

Fletus

Alieri

[Right margin, in a later cursive hand:] Hic ponit [illegible] Resurrect[ionem] [illegible] [illegible] Jhesu xp[ist]i sequitur Surgens mane p[ri]ma sabbati apparuit p[rim]o Marie Magdalene. Ubi notandu[m] p[ri]mo [illegible] eo q[uo]d dicit mane p[ri]ma sabbati [illegible] [illegible] a sabbato [illegible] a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

in hystoriis concordat sed sic dimittit. Nos et
nos in hoc ewangelistas concordare causa bre
uitatis dimittamus. Sic Prima beatus Gregorius in
omelia plane tenet quod fuit eadem maria magdalena
exponendo quod per vii demonia intelligitur
et usus ecclesie tenet hoc, ut patet in legenda
marie magdalene, quam ecclesia romana approbat
in qua eius ortus genus et vita plenissime
narrantur. Et ideo sine maiori scrupulo et
aliqua hesitacione hoc firmissime teneamus. De
modo apparicionis marie magdalene tractatur plenius
Johannis xx c. Sed quare primo apparuit? primo quia dilige
bat. Luce vii dicitur: Dimissa sunt ei peccata
multa quia dilexit multum. Secunda racio ut
ostenderet quod propter salvacionem peccatorum venit in
mundum. Mathei ix: Non veni vocare iustos sed peccatores
ad penitenciam. Tercia racio ad ostendendum quod meretrices
et peccatores penitentes precedunt multos pote
tes in hoc seculo in regno dei. Mathei xxi. Quarta
racio quia sicut mulier fuit nuncia mortis prevaricacionis
ita mulier esset nuncia vite salutis. Quinta quia
ubi superhabundavit peccatum superhabundare gracia mo
strare. Et nulli de cetero peccatori desperacionis locus
relinqueretur. Illa vadens nunciavit hiis qui
cum eo fuerant lugentibus et flentibus. Et
illi audientes quia viveret et visus esset
ab ea non crediderunt. Glosa dicit in hoc quod resurreccionem
prima nunciavit facta est apostola. Et apostoli flebant
erat duplici causa prima de morte domini alia propter
metum iudeorum. Unde eis bene predixerat
dominus Johannis xvi: Amen dico vobis quod
plorabitis et flebitis vos etc. Et in hoc habemus
documentum quod duplex causa flendi est in
nobis scilicet culpa et miseria. Culpa quia per hanc
a patria nostra et mundo expellimur. Miseria in
qua sumus est causa fletus, quia per eam
prolongamur usque ad patriam, sicut dicit psalmus

Nota
Nota
1
2
3
4
5
vii mor[talia] peccata

Post hec etc. Hic describitur secunda apparicio que facta fuit duobus discipulis euntibus in Emaus que apparicio plenius describitur Luce 24 c° [illegible] ... in fide ut ibidem dicitur Xpus apparuit eis in alia effigie [illegible] ... [illegible]

Heu michi quia incolatus meus prolongatus est
Post hoc autem duobus ex eis ambulantibus etc. Hic describitur secunda descripcio facta duobus discipulis euntibus in emaus quam plenius describit lucas c° xxiiii / et quia in diffuse tractat Greg(orius) in omelie xxiii ipsi erant dubii in fide ideo xpus apparuit eis in alia effigie .s. in specie peregrini / Et per hoc secundum Gregorium ostendit quia talis erat in eorum mentibus sicut foris ab eis videbatur / Sed hic dubitatur a quibusdam ubi erat illa effigies an in corpore xpi aut in aere circumfuso / quia erat quedam forma non glorificata / Et de hoc tenent aliqui quod non in corpore xpi formaliter / quia tunc haberet corpus glorificatum et illa forma non erat glorificata tunc corpus eius esset glorificatum et non glorificatum quod videtur inconveniens / Sed contra quia si esset illa effigies in aere circumfuso / ergo aer videtur non xpus / et frustra diceretur quod oculi eorum tenerentur ne eum cognoscerent ut clarum est / Etiam Augustinus in epistola ad [illegible] episcopum plane videtur dicere quod xpus post resurrectionem in lineamentis propriis et colore sine mutacione apparuit / Ego credo hic quod sicut dixi supra ix c° ubi agitur de transfiguracione quod illa claritas quam xpus ostendit se habere ad modum corporis glorificati non fuit formaliter in ipso / nec ut dicunt Beda et Iohannes natura xpi in aliquo fuit mutata / Sed fuit in superficie corporis adiacentis / vel in aere circumfuso / ita dico hic de specie sive effigie peregrini / quia ut supra fuit dictum in potestate sua erat se ostendere qualem vellet / unde sicut adhuc mortalis ostendit se sub specie glorificati ita etiam glorificatus poterat se ostendere sub specie mortalis absque mutacione aliqua intrinseca facta in ipso / Nec oportet quod dicatur quod tunc non

[illegible] ... fuit fictum / [illegible] aliquod / Cum verum est / [illegible] ... ad veritatem aliquam [illegible] ... in parabolis [illegible] ... Xpus [illegible] apparuit in alia effigie ... Luce 24 per quod designatur quod erat quedam [illegible] ... ab eorum cordibus ... dubitacionis in fide ... Et hoc est quod dicitur [illegible] ... in corde [illegible]

videtur sed aer / concedo quod Christus ut erat in se
non videbatur sed figura illa assumpta / nec
sicut Augustinus mutavit lineamenta sed in illis
proprie non apparuit sed in aliis / quia ipse
non surrexit in specie peregrini vel ortulani sed hec
visio ista forte non fuit nisi in oculis
videntium et huic dicto concordat satis quod
dicitur in luca quod oculi eorum tenebantur ne
eum agnoscerent / quia ut dicit Gregorius omelia
xxiii talis eis apparuit deforis qualis erat intus
in eorum cordibus a fide peregrinus / Ad dicta
quod illi euntes inquietaverunt Dominus nec illis cre-
diderunt Gregorius omelia xvii dicit quod totum
istud scilicet quod non crediderunt nobis cessit ad
bonum / unde dicit sic / Quia resurrectionem dominicam
discipuli tarde crediderunt / non tam illorum in-
firmitas quam nostra ut ita dicam firmitas fuit
Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus per
multa argumenta monstrata est / que dum nos legen-
tes agnoscimus quid aliud quam quod de eorum
dubitacione solidamur / Sed statim ex initio dubi-
tatur hic preter dictum gregorii quod per multa argumenta
resurrectio Christi monstrata fuit / utrum ista argumenta
fuerint efficacia ad probandum vel faciendum
probationem de Christi resurrectione / et arguitur quod non / quia angeli
in corporibus assumptis ad apparere possunt ita
in similitudine diversorum hominum / igitur per hoc
quod Christus se ostendit post resurrectionem non poterant disci-
puli certificari utrum esset angelus vel Christus
sub illa similitudine / Item Avicenna vi naturalium
libro iiii capitulo ii dicit quod possibile est describi
in spiritu quod ut videat colores et audiat sonos
qui non sunt in re extra / sicut patet in dormien-
tibus / et sic cum Christus ostenderet se visibilem
et locutus est eis non poterant propter hoc cer-
tificari utrum ita esset in re vel tantum sensu quod
descriptio fantastica esset ut videtur. capitulo ix.

qui apostoli viderunt xpistum ambulantem super mare cre-
diderunt fantasma esse et ita possent credere
hic / Sed contra quia omnis nostra cognicio incipit
a sensu / ergo certa probacio est que fit per sensum
sed xpistus probavit sic facione ad sensum ostendendo se
visibilem et palpabilem tunc ultro quod fuerunt certa
efficacia ad probandum racionem / Item leo papa in sermone
de racione dicit Eius dubitat a mortuis redisse
salvatorem cuius plagam agnovit oculis palpat
manibus perscrutatus est digitis etc. ergo certa
ista omnem amoverunt dubitacionem / Respondeo hic et
dico quod fuerunt certa efficacia quod faciendum certam
fidem sive probacionem de racione secundum exigenciam
meam / quia in hoc quod se ad palpandum prebuit
ostendit se verum habere quia nichil palpatur nisi corpus
demirando cicatrices ostendit se habere idem corpus
in numero quod habuerunt ante / et sic discurre-
ndo per alia argumenta / posset dici quod sufficienter probatur
eum resumpsisse / et habere idem corpus quod
habuit ante passionem / et per quod quod idem corpus
quod habuerat prius a mortuis resurrexerat
Ad argumenta in opposito in omnia simul dicitur quod non plus
concludunt nisi quod non potuisset facere probacionem
certam sine aliqua interiori sive nova illustracione
per quod facta secundum veritatem discernuntur a factis
secundum apparenciam / Sed in tali illustracione prebebat
et certam fidem fecerunt de gloriosa xpisti racione
et probacione

Novissime recumbentibus illis xi apparuit
illis ihesus et exprobavit incredulitatem
illorum et duriciam cordis / quia hiis
qui viderant eum resurrexisse a mortuis non
crediderunt / Ista enim tercia apparicio quam ponit
Marcus / Sed quando fuit facta est dubium quia aliqui
dicunt quod fuit facta ante diem ascensionis
quia subditur / et exprobravit incredulitatem eorum

Hic de probatur
apparicio de
qua dicit et quod
quod non fuit facta
in die ascensionis
sed ante / quia
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ante
diem ascensionis

[illegible] resurrectio[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] // [illegible] dicunt quod facta fuit in die ascensionis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] recumbentibus illis et quod sequitur
[illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] assumptus est in celum
Ergo [illegible] apparicio illa facta fuit immediate ante ascensionem
[illegible] Ad argumentum in opposito [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sed aliquem aliorum qui [illegible] cum eis [illegible]

Alij tenent et glosa Bede et Augustini et glosa omnes quod ista apparicio fuit nouissima licet marcus ponit terciam / et quod fuit facta in die ascensionis sicut dicetur post / Sed nondum est quod plures apparitiones xpi discipulis fuerint facte et plures inter resurrectionem suam et ascensionem xpus apparuit / quas marcus tacet Et ideo sciendum quod sicut trahitur ab ewangelistis xpus inter resurrectionem et ascensionem discipulis nouies apparuit et in die ascensionis que fuit decima et nouissima / absque apparicionibus primis de quibus ewangeliste non faciunt mencionem sic quod apparuit primo matri sue / et primo ut pie credendum est / Etiam apparuit Jacobo ut dicit apostolus prima cor. xv. sed non dicit ubi nec quando / aliqui tamen dicunt quod Jacobus alphei qui dicebatur frater domini audita morte xpi vouit se non comesturum neque bibiturum donec sciret xpum surrexisse a mortuis / et ideo dicunt quod ipse ieiunauit sic per xl^a horas quibus xpus fuit mortuus et tunc postquam xpus surrexit apparuit ei eum consolando / ab autem mathia posuissent intra carcere sine cibo et potu quia xpum sepelierat quod statim xpus surrexit apparuit ei et eduxit de carcere et liberauit / Nichilominus secundum ewangelistas apparuit primo mane magdalene Mc. vltimo et Johannis xx. Secundo apparuit mulieribus in via Mt. vltimo Tercio petro / ut dicit lucas vltimo sed nescitur ubi nec quando / quarto duobus discipulis euntibus in Emaus luce vltimo Quinto omnibus discipulis preter thomam in iherusalem luce vltimo / et iste apparitiones fuerunt facte ipsa die resurrectionis / et ut dicit Johannes beleth istas apparitiones repetit sacerdos in missa quinquies vicibus vertit se ad populum / sed quinto vertit se cum silencio signans apparicionem ad petrum

Marie 1

Jacobo 2

Joseph

1
2
3
4
5

quia nesciunt ubi sunt / Sexta apparicio fuit post
viii dies in ihrlm omnibus discipulis presente
thoma Ioh' vlt'. Septima ad mare thiberia
dis septem discipulis s. petro thome mathie
iohanni iacobo et aliis duobus qui non
nominantur Ioh' xxi° Octava fuit in gali
lea Mt' vlt'. Nona fuit ista de qua loquitur
marcus hic d. quod novissime etc. Alii ponunt
decimam factam in monte oliveti / qui ascendit
Lu. ultimo et Act. primo / Et exprobravit etc. dicit
beda quod merito exprobravit eos / quia dolentes et
ita asserentes sua racione fecerat probatum / quod
ipsi sine hesitacione credere debebant / et tamen
nec ipsis qui eum viderant resurrexisse a
mortuis crediderunt. Gregorius omelia xix dicit
quod eos increpavit s. discipulos qui corporalem
eius relinquunt / ut verba que recedens diceret
in corde audiencium arcius impressa remanerent
Remigius dicit sic exprobrat incredulitatem eorum
ut credulitas succedat / Exprobrat duriciam
cordis lapidei ut succedat ~~Exprobrat duriciam~~
cor carneum caritate plenum / Euntes in mundum
universum predicate omni creature qui credi
derit et baptizatus fuerit salvus erit qui vero
non crediderit condempnabitur / Est notandum primo
quod mundus in diversis scripturis diversimode accipitur
aliquando accipitur mundus pro omni quod est a
deo / quod aperte ante habuit primam licet apte
post non secundum opinionem platonis qui solus generat
mundum ut sibi imponit Aristoteles / et ita re
citat diffuse boecius v de consolacione prosa vi et
Ioh' primo mundus per ipsum factus est. Secundo
machina mundialis superius et inferius. Tercio
accipitur mundus pro distinctione superiorum et in
feriorum ad invicem et sic accipit boecius
lib primo metro primo ubi ita supplicabat ad nostrum

Et exprobravit

Et incredulitatem

Et dixit eis

Ite

Omne quod a deo

distinctio superiorum et inferiorum

Dupliciter imposicio officii apostolis traditi scilicet predicandi [illegible] quod [illegible]
[illegible] caput [illegible] corpus [illegible]
[illegible] est [illegible] sapiencie [illegible]
apud deum [illegible] factum est et sine ipso factum est nichil
[illegible] est primo [illegible] a regalibus sedibus [illegible]
[illegible] est [illegible] et [illegible] omni gladio ancipiti
[illegible] attingit a fine usque ad finem fortiter et
Sapiencie [illegible] disponit omnia suaviter.

id est ad prouidenciam diuinam ut mundum ordi
naret sicut et dissolueret chaos confusum quam
siluam vocat Unde dicit sic Adde manus
rescinde globum partes que resigna et distingue
locis melius distincta placebunt / Pro nido
na rogo sanus est michil opto / Si rex mundi
que summum natale in verbo etc. circes iiii. Cuncta
fecit deus bona et mundum tradidit disputa
cionem eorum / Tercio accipitur pro terra habita
bili sic accipit Seneca ad lucillum li. primo quod
non una patria mea totus hic mundus est / Sic
Luce iiii. ostendit xpo omnia regna mundi
Quarto accipitur mundus pro aliqua prouincia
aut parte determinata / Sic accipit philosophus mundum
ii politicorum c. d. quod quando homines mediam tristitiam
diuiserunt de hiis que ad policiam pertinent faci
lius autem mouent residuum donec moueant
totum mundum / expositor dicit i. patriam poli
ciam quamdiu sum in mundo lux sum mundi quo
ad postremum uniuersus mundus accipitur pro terra
habitabili ab hominibus qui possunt recipere
ewangelium dei ut sic euntes in mundum uniuersum
i. in terram habitabilem ut sicut dicitur in psalmo
In omnem terram exiuit sonus eorum / et a
solis ortu usque ad occasum sit laudabile nomen
domini / et impleatur quia eis dominus dixerat Iohannis
xv. elegi vos ut eatis et fructum afferatis etc.
Secundo dicit predicate ewangelium omni creature
dicit Theophilus non dixit philosophorum vanitates
poetarum / metha[ar] / rethoricaliter simplicos ser
mones aut aliorum pravas fictiones sed ewangelium
eternum maledictum ewangelium quod continet doctrinam
veritatis sciencie sanctitatis annunciat caritatis
et graciam bonitatis Unde apostolus ad romanos primo
Non erubesco ewangelium. virtus enim dei est in sa
lutem Sed quod dicit omni creature videtur sicut

Ostendit quibus sit
ewangelium predicandum
quia omni creature

Omni creature: homini qui habet conveniencias cum omni creatura
per quod esse cum conveniet cum lapidibus Per vivere cum herbis et plantis
per sentire cum animalibus per intelligere cum angelis Ideo dicitur
nomine omnis creature

monet Greg[us] dy[ali]m[us] o[me]lia xix q[uod] sit predicand[um]
rebus insensibilibus irrationabilib[us] s[ed] vide[licet]
beda q[uod] omnis creature nomine p[er] omnis na
tio gentium designati/ un[de] et eis dix[er]at
In viam gentium ne abieritis/ Nunc autem
dicitur/ predicate omni creature ut s[cilicet] p[ri]us
a iudea apostolorum repulsa predicato tunc
nobis in adiutorium fieret . q[uam] h[ec] illa ad dap
nacionis sue testi[moniu]m repulsisset Greg[ori]us vero
dicit q[uod] per omnem creaturam signat[ur] homo/ q[uia] o[mn]is
creature aliquid h[abe]t homo/ h[abe]t namq[ue] esse cu[m] la
pidibus/ vivere cum arboribus/ sentire cu[m] alijs
intelligere cum angelis/ Si e[ni]m predica[tur] creature
o[mn]i[u]m . tunc homini predica[tur]/ quia ille v[idelicet] d[icitu]r
p[ro]pter quem in terra cuncta creata s[un]t/ et a q[uo]
per quandam similitudinem aliena n[on] s[un]t et ad
hoc bene facit quod ph[ilosoph]us d[icit] ii[o] phi[sicorum] q[uod] p[ro]p[ter]
